re semper: nisi quia habet virtutem permanendi semper. Nona quæcunque sunt eadem in substantia mutuo, vno eorum interempto, & reliquum peribit. Sed rationalis aīa & sensitiua, vna sunt substantia, quare, quemadmodum sensitiua destruibilis, etiam & rationalis destructur. Vltimo & hoc Arist. in.1. de morte & vita inquit, corruptis animalibus corrūpitur doctrina & sanitas, item enim de anima rationabitur ex his: si enim non naturaliter, sed sicut accidentia anima in corpore est, fit vtique ipsius altera naturaliter corruptio prçter corruptionem, qua corrūpitur corrupto corpore. Rursum Hippocrates inquit, quæcunque dolentes aliquid corporis dolorem non sentiunt, his mēs ægrotat. ergo & corruptibilis erit mēs. Ex his & aliis pluribus relinquit tanque patens problema de animæ mortalitate habere non minora argumēta pro parte vna quam pro altera, vt ex his & aliis licet fidem accipere. Et tūc propositi viri conantur argumenta contra Alex. soluere. Ad primam conantur dicere duplicem modum corruptionis, vnus est quo potentia corrumpitur propter debilitatem, & organi solutionem, alter est quo virtus corrumpitur, propter compositionem totalem compositi: cuius ponitur & his duobus modis corrumpitur forma organica verbi gratia sensitiua anima bruti inqnit modo Arist rationalem animam esse alterum genus quantum ad hoc quod incorruptibilis est corruptione organica non tamen negat ibi Arist. quin corruptibilis esset alterius modo. Aliter autem Alexan. respondet, inquit enim rationalem animam videri alterum genus esse animæ, quoniā plus eleuata inuenitur a mistura elementorum, eo igitur quia plus eleuatur alterum, vt inquit, videtur genus animæ, non tamen in rei veritate asserit Arist. esse alterū genus animæ. Et huiusmodi expositio multum literæ consona videtur cum enim Arist. vt Alexan. inquit, demonstrasset in quibus potentiis palam ipsas non separari loco & subiecto, quoniam cogitatiua, sensitiua & motiua nūc & in quibus dubium ostendit in eo tex. & inquit, de intellectu autem & perspectiua potentia vbi ly (&) non diuersum secundum rem, sed secundum nomen. notat. q. d. de intellectu autem & siue alio nomine perspectiua potentia, nihil adhuc manifestum est sup. an separatur re ab aliis animæ partibus, apponit tamen id quod primo aspectu & in superficie videtur. d. sed videtur genus alterum esse animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum a corruptibili, vbi illa particula (videtur) non existentiam: sed apparentiam ad totū sequens notat vt Ale. inquit: ita quod solus intellectus videtur alterum genus animæ, non tamen secundum rei veritatem a caduco separatus est, & sic Alexan. illum locum commentatur, vbi palam ex his non esse acceptum rationalem animam esse incorruptibilem, secundum Arist. cum non asserat, sed apparenter absoluat. Ad secundam solutionem patet ex prima solutione, sensus enim non tātum corruptione corporis corruptibilis est, a quo dependet verum & corruptione organi, a quo in operari depēdet. Vult ergo Ari. intellectum non esse corruptibilem, quemadmodum sensus corruptione organi quia separatus est a corpore. s. organice, quod autem alio genere corruptionis corrumpatur, non dicit in litera Alexan autem verbum id ad præparationem refert, vult enim Aris preparatione animç rōnalis non corrumpi ad ipsius organi corruptionem, quia vt dicebatur priuatio nullo modo corruptibilis erat. Ad tertiam. 12. Aris loquitur, cum verbo ambiguitatis. Ale. aūt refert verbū Aris. ad intellectum agentem, qui sm Ale. incorruptibilis est, ideo Aris. subdit nō ois anima, sed intellis sup. agens, oē nanque impose forsan. Ad quartam inquiunt, quod cū nō sit pbabile rōnalē aīam accipere esse, nisi imediate a deo ideo Aris. voluit solam rōnalē imediate a deo corpus, aīare, nec sequit sm Aris. creatio, qm nō dicit aliā pductionem esse cōpositi, alterā rationalis animæ sicut nec in igne, & forma ignis, sed illā aīatione corporis organici voluit esse productionem per se totius & per accidens animæ. Creatio aūt eēt qn aīa se sola crearetur, & post sm instans naturæ, vel tēporis infunderet, ita. s. vt altera esset aīæ pductio, altera & cōpositi, qui igit ponit secundā pductionē cōpositi, sine primā nō creatio, sed aīatio dici debet, & totū hoc ex The. verbis colligi pōt in. 1. de aīa, ca 23. vide. Ecce igitur qūo rationalis aīa sola desoris adueniat corpori Alexan aūt voluit rationalē animā ex semine propagari verbū. Aris. aūt ad mentē. s. agentē intellectū refert qui nos intrat desoris per creationē intelligibilium in nobis, vt loco suo tangetur, & sic ex illo loco nihil cōtra Alex. capitur. Ad primam rōnem minor falsa est, immo Linco. in lib. de reflexione radiorum, ponit quosdam esse mōtes ita tpatos, quod hoīes viuunt tanto quod sibi vita displicet, pter qd se in fluuium eiiciunt in quo submerguntur, & hoc quia vita eorū non plus duratura erat, dicā ergo aīam habere desideriū naturale ad semper, eē sm quod pōt. s. in specie non sm indiuiduū, cū desiderium naturale sit ipsa res naturalis, sic apta, & nō vltra capax.

Ad scdam dicendū, quod maior est vera, quādo in sui eētia nō est cōpositū, neque alter, & materiæ cōponibile, vt perspicue videtur in forma ignis. Ad tertiam dicunt, quod posito quod Socrates nō cognoscit aīç immortalitatē, adhuc p republica morti debet se exponere pter duo primo pter momentaneū sibi bonū. secundo pter maius bonū cōitati, bonum. n. cōe maius est bono prio. ergo et si sibi simpliciter sit malū, quia tamen toti cōitati bonū, nō debet mortē euitare, vt Arist. inquit, cū natura tm per accidens curet de indiuiduo, sed de specie. Ad quartam dicunt minorem esse falsam, p secunda parte. licet enim aīa non habeat contrarium, tamen debet inesse & cōseruari à materia, et composito, cuius est pars essentialis, vt dicūt.

Ad quintā debet maior intelligi sic: de esse simplici absolute, quod in se non habet cōpositionem, nec alter, quē pter cuius corruptionem, sequitur & animæ rationalis admodum deus, modo & si aīa in se simplex sit & quēadmodum & ignis forma, tamen alteri cōponibilis est, interitus, & sic patet, qūo argumenta immortalitatē aīæ probantia non cogunt. Quod autem, nec ad alteram partem argumenta valeant, iterū & ostenditur ea absoluendo. Ad primū ergo potest dici, quod quando aliquid depēdet ab altero secundū suum incipere, ita quod sm inceptionē eius pducatur in esse cōpleto ex principiis illius tūc maior vera est, & sic minor falsa est non enim anima incipit a corpore. sic quod eius inceptio dependeat a principiis corporis cū complemētum animç rōnalis sit ex causa prima agente in generatione hominis, vt Alber. inquit in libro de origine animæ. Ad secundam maior debet distingui qm ly (sm essentiam) Potest capi dupliciter vno modo vt distinguitur cōtra mediatum, & sic maior est falsa, stat. n. aliquod immediate esse tale, & non necessario. Alio modo capitur ly (Secundū essentiā) Pro essentialiter, & per se: & sic omne tale sm essentiam necessario, & semper est tale, & sic maior est vera, & minor falsa & probatio minoris non cogit, qm diffinitio non actum dicit sed aptitudinem, anima enim est actus corporis non actu inherens sed potentia, & hoc cōpetit ei per se & semper, & sic argumentū nullū. Ad tertiam potest dici quod anima separata est pfectior se met unita, sm, quid qm ut sic cōuenit cū substantiis separatis: attamen simpliciter, & naturaliter, est pfectior qn corpori vnitur. Cum tunc habeat esse naturalius, et sic tā separatio quam unio sunt naturales diuersimo de loquēdo. Ad quartā dicēdū ut infra dicā hoiem nō p se generari. s. naturali generatione cū rationalē aīam vnirimāæ sit quasi supra naturā. ut dicā, ideo & corruptio nō est oī modo naturalis, maior ergo ē vera in corruptione simplr, & oī modo naturali, ibi. n. totū corrūpit pter corruptionē principii formalis, sed in corruptione quasi supra nālisufficit quod totū corrūpatur per separationem formæ a materia. Ad quintam potest dici quod maior debet intelligi de debilitata & fortificata per se, & nō per accñs, ut Auer. inquit in. 3. de aīa, com. 7. uirtutes. n. sensitiuç seruiunt intellectui, qn ergo instrumenta debilitantur agēs nō in se, sed in sui operatione debilitatur, & sic minor fal-

sa est. Et exemplum Arist. nõ est contra me, sed ad oppositum. Ad sextã maior est simpliciter vera sed minor falsa: rationalis enim anima aliquam habet operationẽ sine corpore: vt illam saltẽ qua intelligit entia separata, dictũ autem Arist. verificatur de intelligere rerũ materialiũ ex auxilio agentis naturalis. Immo etiã Auerrois cõmẽto suo de anima ponit rationalis aĩæ aliquã operationẽ, ad quã corpus nõ cõcurrit, vt operatio æterna, qua intelligit, scꝫ & subãs separatas. Ad septimã, maior debet intelligi de genere phĩcæ materiæ, rõnalis aĩa & sensitiua sunt in eo, dẽ genere logico, immo ẽm viam istorũ intelligẽtiæ sunt in prædicamento subæ, quõ autẽ intelligaẽ verbũ Arist. alibi exposui. Ad octauã maior ẽ falsa: corpus enim cœleste habet virtutẽ curandi tpe infinito, & tamen nõ mouet tpe infinito. Amplius, materia est æterna, & tñ non mouet sp, sed id debet intelligi de virtute abstracta actu & potentia a materia, cuiusmodi sunt subæ separatæ, rõnalis aũt substantia est abstracta actu, attamẽ põt materię vniri & sic ꝓbatio Arist. nõ est ad ꝓpositũ. Ad nonã: dicendũ ꝙ aĩa sensibilis in bruto est corruptibilis, in hoĩe est æterna quẽadmodũ rationalis cũ qua est eadẽ, quẽadmodũ aĩal cõtractũ ad brutũ est corruptibile, cõtractum ad celũ est æternũ, verũ anima separata nõ sentit sẽp defectũ instrumentorũ. Ad Hippocratẽ, forte loquitur de virtute animali sita in organo, q̃ nõ nisi per accidẽs ægrotat, vt dictũ est. Ad verbũ Arist. dicendũ ꝙ loquitur de anima, quæ non separatur a materia, & ab organo, hæc enim destruitur destructione sensibilis & vegetabilis: sed de rõnali ꝓbat ipse ꝙ nõ sic est in corpore, quare nõ cõpetit ei istæ modus corruptionis. Quæ pro Alexan. inducebantur, nihil sunt: illa enim diffõ dicitur analogice de animabus, sicut diffinitio figuræ de figuris vt Arist. inqt.

Qđ etiam scđo adducebaẽ, nihil est, qm̃ similitudo claudicat anima enim rationalis nõ clauditur in numero sensibilium, & ideo exclusa est a tali modo fiendi. Id eĩã qđ tertio inducebatur Themi. verificat de anima secunda, q̃ animatio dicitur, a prima cõsistente ꝓcreata. Auerrois aũt de cogitatiua, quę est vltima forma naturæ Latini de rationali quæ vltima ortu est respectu vegetabilis & sensibilis, non tamen ab agente naturali, sed diuino procreata, vt dicam post, eodem modo & id secundi physicorũ potest exponi: ẽm diuersos diuersimode cõmentãdo. Id etiam quod in 7 meta. scribitur verificatur de partibus, quæ possunt manere in esse corporeo & loco, sunt enim cuiusmodi non est aĩa. Anima enim non põt manere in esse corporeo et loco sepatã a toto, et ideo id nõ valet. Reliqua q̃ ꝓ Alc. sunt inducta manifeste soluunẽ seipsis. Et qñ sapiens considerat vtriusqꝫ partis argumenta, & solutiones eorũ: iudicabit problema de æternitate rõnalis aĩæ esse neutrũ, vt dicunt licet fide omnino firmiter tenendũ sit: ꝙ rõnalis anima perpetua sit: vt inquiunt: hæc est horũ sententia fideliter recitata, sicut in eorum libris inueni.

*Impugnans opinionem istorum latinorum per rationes Platonis.* Cap. 8.

PAce tãtorum dixerim aĩam nõ extingui ẽm extinctionẽ corpis non tm̃ fide teneo, sed etiam rõnibus demõstratiuis, ac pħorũ, & maxime Arist. confirmabo auctoritatibus, & post redibo ad sñiam istorũ, iudicans quid veri, quidqꝫ falsi dicant, semper tamẽ cũ tantorũ pace ac reuerentia loquar, nihil. n. plus mẽti meæ incõpõle dudũ in pħia reperi q̃ aĩam corpis morte mortẽ accipe hoc. n. nõ solũ dignũ non est vt in scriptis relinquatur, sed ne excogitetur quidem inquit enim Alg. & cum homo erit vitiosus fingit opiões, quas adeo sæpe meditatur vt quasi ei fiunt firmæ: sicut Epicurus fecit: credens rationalem animam extingui, ꝓpter corporis extinctionem, hoc enim vtiqꝫ peccatũ est adeo ꝙ quilibet abhorret ipsum, & valde extraneum a natura nostra ac mente humana. Quod ergo rationalis anima propter corporis casum ipsa in mortem nõ cadat sed post semper remaneat demonstrationibus Platonicis primo nitar probare deinde aliorum rationibus. Sunt ergo Plotini, vt mihi videtur quatuor rationes. Prima sumitur ex eo ꝙ anima rebus caducis dominatur incitamentisqꝫ corporis repugnare videtur. Secunda ex eo ꝙ multa a corporibus separata frequenter excogitat siue res ipsas attingat per se separatas, siue separet ipsa. Tertia ex eo ꝙ naturaliter æterna desiderat, ac sæpe æternorum fiducia negligit tpalia. Quarta ex eo, quia æternum colit deum vitæ sempiternæ gratia. Prima via sic componitur, nulla forma, quæ secundũ se est causa principalis & domina suorum actuum corrũpitur secundum corporis corruptionem, sed anima rationalis est secundum se causa principalis, & domina suorũ actuum ergo anima rationalis non corrumpitur &c. Maior declaratur, qm̃ eo ipso, qđ corrũpitur erit dependens secundũ esse, & essentiam ad corpus eo ipso ꝙ dependet a corpore: operationes non tantũ erunt animę, sed totius cõiuncti, & sic ex opposito maioris sequitur cõtradictio ergo vera est maior scilicet ꝙ id qđ ex se solo est causa & dñium suorum actuũ nullo mõ dependet ab alio: ẽm esse & essentiam & hoc Plato vocat esse seipsum mouens: minor aũt perspicua est in artibus, & in oĩbus, quorũ principium operatiuũ est ẽm intellm̃ & prudẽtiam. ad has. n. operationes a natura non cogitur, neqꝫ impelliẽ. Alr̃ põt deduci, & magis Platonice: nullus actus ꝓprius & specificus alicui principio est liberalior et abstractior suo principio. Sed in nobis experimur multos actus q̃ nulli virtuti agentis naturalis videntur subesse: ergo nec eorum principium qđ est anima rationalis suberit potẽtiæ naturaliter agẽti: & per ꝯñs incorruptibilis remanet, maior plana est, minor declaraẽ, qm̃ præsentata fornicatione cõtinenti & castitate & si cõtinens inclinetur ad fornicationẽ, attamẽ eligit castitatem, quæ electio, nec cœlo, nec alicui virtuti naturalis agentis subest. Item post quascũqꝫ demonstrationes nobis factas libere iudicamus & eligimus. Etiam concessum est in nobis adesse liberum arbitrium, quod nec subest agenti naturali corruptibili, nec æterno ergo principium huius debet esse liberalius, & magis dominãs agenti materiali & corporeo æterno propter quod Ptolæmeus ait: sapiens, dominabitur astris: ẽ ergo hęc prima via sumpta ex eo: ꝙ anima est domina suorũ actuum & caducorum. Secunda via potest iterũ dupliciter formari, primo sic: nulla forma, quæ per se est subm̃ incorruptibiliũ & a materia separabiliũ, nec in se, nec per dependentiam ad alterum est corruptibilis, detur. n. oppositum. tũc igitur incorruptibile quod fuit in ea secundum esse, qđ habet in ipsa erit corruptibile, quod est contradictio. idẽ. n. esset corruptibile & incorruptibile ẽm esse, cũ nihil corrũpatur, nisi ẽm esse: essentiæ. n. simplices non corrumpuntur, per hoc ꝙ simplices essentiæ sunt, sed potius secundum esse quod habent. Tunc minor, sed anima rationalis secundum naturam sui est subiectum incorruptibiliũ, quia vniuersalium, quæ secundum Alber. in libro de anima, & in libro de intellectu & intelligibili, vt sunt in anima sunt sine motu, & tempore, & incorruptibilia etiam secundum esse, secundum ꝙ sunt in intellectu, aliter enim vbique & semper non essent, anima ergo rationalis nullo modo est corruptibilis. Vel aliter & plus Platonice nulla forma, quæ recipit intelligentias separatas, sub ratione simplicis perpetui, & intransmutabilis secundum esse, & potestatem, dependet a corpore in fieri & in esse & cõseruatione. Detur enim oppositum cum omne quod recipit aliquam formam recipiat eam, secundum propriam ipsius recipientis potestatẽ, vt Boetius inquit, et in dubio testatur de calore solis in elementis, semine & aliis, id tale recipit sibi impressam formam corporaliter & materialiter. Tũc minor, sed anima rationalis recipit formam huiusmodi, vt notum est per se omnibus quod etiam potest cõfirmari, per id Socratis & Hermetis Trimegisti, cuius auus fuit Prometheus præcipuus pħs et stoicorũ primus & pater, quædam fiunt veræ intelligentiæ, quę nõ habet somnii rationem, sed potius oracula sunt ab intelligẽtiis superius in intellectu animæ influxa, mõ cõstat, ꝙ talis re

ceptio non eſt niſi ſm cõformitatem aīæ humanæ, ad intellectus ſupernos, & non ſm aliquā dependentiā ad corpus, & ideo nec perire poteſt talis ſubā talia recipiens oracula corpore pereunte. Quare cõclude vt ſupra. Et ſuper hac rõne fere oẽs innixi ſunt pħi de anima intellectuali loquentes, vt Alber. inquit, in loco eius. Tertia via ſic deduci poteſt, nulla forma appetens & quærẽs & inueniẽs honeſta, pia, et religioſa, ad corpus habet dependẽtiā ſm fieri & corrūpi, det enim oppoſitū, cū honeſtū ſit, quod ſua propria & eſſentiali vi nos trahat: pium etiam qđ ſua propria, & eſſentiali dignitate, nos alliciat. Et religio ſit cura & ſcientia cerimoniarum diuinarū, ſi ergo appetẽs dependet a corpore, erit operās in corpe, virtus aūt in corpore appetens, nõ appetit, nec inclinatur, niſi ſm armoniā corpis, ergo id qđ appetit, eſt ſm cõueniẽs cõiūcto quia oīs appetitus eſt inquiſitio quæ per aliquid ſimile et conueniens perficit, nec vnq̃ aliquid appetit niſi per hoc quod eſt ſimile appetẽti, dico aūt ſimile, ſicut id quod eſt in potẽtia ſiſe ei quod eſt in actu, quicquid autem appetitur ſm cõueniens cõiūcto, appetitur ſm rõnem vtilis vel delectabilis, qđ eſt cõtra diffinitiones pii religioſi, & honeſti. Huius ſignū eſt, nullū aliorū aīalium, pter hominem: appetit quærit et inuenit aliquid honeſtorū, vel priorum vel religioſorum. Quod aūt anima rõnalis ſit talis tu experientia tua potes hoc ſentire & hmōi ratio fundamẽtum accipit a Platone in Thimæo, in qua Macrobius fundauit opinionem ſuam, de ſomno Scipionis, & quā efficax ſit hæc ratio tu vides, & certe apud me tantā efficaciam habet quantā eſt poſſibilis haberi, qui enim conatur ſoluere hanc ſtultus erit omnibus patens. Quarta ſic deduci poteſt, id cuius vna eſt analogia, cū deo, & cū intellectibus diuinis ad aliquid bonum optimū, ſm naturam nullā habet dependentiam ad corpus ſm eſſe, vel ſecundū opationẽ, detur enim oppoſitū, ſequitur q̃ ipſius & dei & intellectuū ſeparatorum nõ eſt vna analogia ad aliquod bonū & optimū, cum talis analogia, non poſſit eſſe, niſi ſm fœlicitatem, & opationẽ eſſentialem ſeparatā & perpetuam, nihil cõe cū corpore corruptibili inquantū hmōi habentẽ. Sed rõnalis aīa hmōi. cuiuslibet enim intelligibilis, naturæ, ſm naturā contẽplatiua fœlicitas eſt optimū ſicut in Ethicorū. 10. demõſtratum eſt, ſm quorūcūq; eſt idẽ bonū optimum, ſm naturam habent vnā analogiam ad id optimū percipiendū, quia vel ſunt eiuſdem ſpeciei, vel eiuſdem generis, vel ipſorum ſaltem eſt vna analogia ad boni & optimi illius proportionem, aliter enim ipſorum non eſſet vnum bonum & optimū ſm naturam hmōi ratio fuit tanta valoris, q̃ multi pħi hac rõne facti ſunt eremitæ. Vel aliter, id cuius eẽntialis opatio formaliter, ac eſſentialiter cõuenit cum operatione diuina, ac intellectuū æternorū, nullā ſm eſſe et opationem habet ad corpus dependentiā, detur enim oppoſitum, ſequitur ineuitabiliter. q̃ eius operatio erit ſm virtutes quę operantur ſm harmoniam corporis, hæc autẽ operatio nec in genere, nec in forma cõuenit operationi diuinæ & intellectuū ſeparatorū. Sed aīa rationalis eſt hmōi, aīam rõnalem formaliter & eſſentialiter cõuenire opationi diuinæ & intellectuū ſuperiorum demonſtratū eſt in lib de aīa, ipſa n. non tm̄ nõ intelligit cum cõtinuo & tpe, ſed ẽt ea quæ ſm ſeipſa intelligibilia ſunt, hæc enim eſt eius opatio ꝓpria, ſicut enim lucis ꝓpria operatio eſt lucere, ſic et intellectualis naturæ intelligere qa igit rõnalis aīa deū colit gratia ſempiternæ vitæ, in quo cū deo, & aliis ſpiritib⁹ cõuenit, & in quo felicitatur & analogatur deo, relinquitur ipſam non extingui ſm Platonem, corpore extincto, & ſi bene cõſideres hmōi rõnes, cuilibet bono ac ꝓteruo pħo ſufficiẽt nec ad eas poteſt ſolutio accõmodari. niſi aliqua fuga ficta propterea vt monſtretur ingenii ſolertia. Ad idem eſt alia Platonis ratio, ſumpta ex eo q̃ rõnalis aīa eſt ſicut artifex vtens corpore, & corpus velut inſtrumentū obediens ei quę poteſt ſic formari id quod eſt cauſa gubernationis & motus alicuius corporis, abſque hoc q̃ virtutem gubernationis & motus formā accipiat ab eo qđ ſic gubernat & mouet, non dependet ſm eſſe a corpore illo, quia omne tale ex ſeipſo eſt cauſa gubernationis & motus non dependens ab illo corpore ſm eſſe, & poteſtatem gubernandi, licet actus gubernandi nõ explicetur ſine corpore, hęc aūt patet in oībus, velut in nautis militibus gubernātibus æquos ciuitates ꝓuincias &c. Sed anima hoc modo gubernat corpus quando intellectualiter gubernat in omnibus virtutibus intellectualibus in quibus non gubernatur corpus niſi ratione recta, ſicut in ſcientiis, vel ratione recta cauſarum primarū ſicut in ſapientia, vel in comprobatione primorum principiorū, in quibus mouet ſm virtutem materialẽ quæ intell's dr̃, nullo enim horū accipit formam vel virtutẽ gubernādi a corpore. Et hmōi ratio eſt etiā peripateticorū, et oīum dicentiū aīam non eſſe perfectionẽ corporis, ſed ſicut nauta eſt perfectio nauis gubernatæ & motæ ab ipſo, cuius fořa gubernatiōis ſumit ab arte, nautica et ñ a naui eo qa artifex non ſumit formam operādi: ſed potius per inſtrumentum ponit eam in operatione, & hæc ratio Plotini eſt in libro de immortalitate animæ licet nõ ſit poſita ſic: quemadmodum Albertus eam ponit. Hæc ſunt argumenta quæ collegi ex diuo Alberto in libro de origine animæ; tracta. 2. capite. 6. quæ uideas, quoniam breuiter hic poſita ſunt, & ſub ſtrictiori formula. Poſt hæc ſunt & adhuc fortiſſima argumenta Auicen. in. 6. naturalium particula quinta, quæ etiam inducunt Alga. Conſtabel & plures philoſophorum arabes, quorum potiſſimum, & breuius curaui accipere, quod poteſt ſic ordiri. Si anima rationalis corrumpitur aut corrumpitur aliquo agente in ipſam, & corrumpẽte eam, aut corrumpitur per ſeipſam, diſtantibus his quæ componunt eam, aut corrumpitur ſi ſimplex eſt per potentiam materiæ, quæ machinatur ad maleficium, aut corrūpitur corpore corrupto. Si primo modo oportet vt id ſit ei contrarium, modo cõſtat animam rationalem nullū penitus habere contrariū. Si uero. 2. modo erit utiq; compoſita ex contrariis, quod iterum omnibus uidetur abſurdum. Si uero tertio modo quemadmodum elementa corrūpuntur, tunc iterū oportet q̃ habeat contrarium ſecundum unam uel duas qualitates, aut plures ſi ſequimur Empedo. Si uero quarto modo, tunc ſequitur q̃ anima non eſt ſeparata a corpore operationem & quāto minus ſecundū eſſe, ſed eſt aut cõponibilis forma, aut uirtus operans in corpore ex principiis corporis ad eſſe deducta, & operans per corporis armoniam, & cum hæc ſit autenticata ratio ſolutio quam priores dederunt in capite præcedenti tanq̃ inſufficiens relinquatur, non enim ut hac ratione patet, anima rationalis in eſſe & conſeruari a materia pendet, ſic enim nec eſſe, nec operari poſſet abſque materia vt dixi. Item fortiſſime Plotinus arguit, quæcunque eligentia ad eundem actum comparata eodem modo intellectum ac cõceptū contradictoriæ ſe habent omnino & penitus naturarum ſunt diuerſarum, & hoc deducere ſuperfluum eſt, ſed rationalis anima, & appetitus ſenſitiuus & corporalis comparata ad actum fornicationis comparata ſub ratiõe ſuauis & delectabilis cõtradictoriẽ ſe habent. ſ rationalis anima fugiendo & appetitus ſenſitiuus proſequendo, ergo omnino ſunt diuerſarum naturarum, quare ſi corpus corruptibile rationalis anima æternæ erit naturæ. Vltima ratio Platonis in Phedone ſic a quibuſdam componitur, omne quod per ſeipſum, & ſentit, & mouetur immortale, quod enim principium motus nõ habet, nec finem habiturum quia deſeri a ſemetipſo non poteſt Sed rationalis anima per ſeipſam & ſentit: & mouetur, ergo & rationalis anima immortalis. Aliqui cõtra hanc rationem inſtant dicentes argumentū hoc etiam mutis aīalibus æternitatem dare, cum & eorū animæ, & ſentiant, & moueantur per ſeipſas. Propter qđ diuus Albertus in lib. de origine animæ rationem hanc format, & alio modo, & reddit eā demonſtratiue, vt tracta. 2. capite. primo patet, & ego in cõmento meo de aīa eam breuibus ex Iamblici & Plotini ſententia ordinaui, & tu vide ſi opus eſt.

*In quo īducūt verba pħorū ī cōfirmatiōe pdictorū. c. 9.*

ET cum immortalitatē animæ rationes tactæ ostendant, & testimoniis etiam veritas ad modo confirmatur ideo ea nō recusabo inducere in primis Hermes ab ægyptiis in deos relatus Mercurii nomine ait, & idem ex vtraque natura mortali & immortali, vnam faciebat naturam hominis, eundem in aliquo quidem mortalem: in aliquo autem immortalem faciens, & hūc ferens in medio diuinæ, & immortalis naturæ & mortalis mutabilisque constituit, vt omnia vides omnia miretur. Adhuc Polites quidam apollinem milesium consuluit vtrū ne maneat anima post mortem, an resoluatur, respondit his versibus: passiones sentiens mortalibus cedit doloribus, cum vero solutionem humanam post corpus inueniet facile abiens a terra nūq̃ senescit anima quidem, quo ad vinculis corporis tenetur corruptiles passiones sentiēs mortalibus cedit doloribus, cum vero humanam solutionem velocissimam post corruptum corpus inuenerit, oīs e terra fert, nunq̃ senescēs & manet et æternū. Amplius Cyrus maior moriens a Xenofonte introductus, hæc filiis inquit, nolite arbitrari mihi charissimi filii mei cum a vobis discessero nusquā, aut nullum fore, nec.n dum erā vobiscum animum meum videbatis, sed cū essem in hoc corpore, ex his rebus quas gerebam intelligebatis, eundē igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis, quod tribus signis eis suadet. primus quia non tot honores clarissimis viris tota exhiberet vniuersitas, si nihil eorum animi efficerent, post mortem. Secundo quia omne quod in morte dissoluitur, in quoddam resolui videtur, in quod aūt animus resoluatur nō videtur. Tertio cum somniū aliqualiter morti simile sit & tamen animus diuinitatē a superis sentit, eo q̄a animus a corpe tunc soluit̄ aliqualiter ergo cū animus totaliter a corpe relaxabit̄, maxime diuinitati cōiunget̄. His ergo signis cōcludit, quare si hęc ita sunt: sic me colite vt deum. Rursum Pithagoras inq̄t migrare animas de corporibus vetustate ac morte confectis & insinuare se nouis recenter natis, & easdē semp renasci, mō in hōie mō in pecude, mō in bestia, modo in volucrē & hac rōne imortales esse, q̄ sæpe variorū, ac dissimiliū corporū domicilia cōmutent. Iterū Protinus stoicus, & Cleombrotus Ambraciensis, cū Platonis Phedonē audiuissent, in quo aīa immortalis esse ꝓbat̄, interfecerūt seipsos, vt de his imperiis obligata vita aīam redimerēt, & sine corpore viuentes fœlicioribus contēplationibus ab intellectibꝰ diuinis pficerent̄. Cū his Cleāthes. Chrysippus. Zeno. Empedo & Cato ęternos animos credentes in idē cucurrerunt. Post hos & Cicero in Tusculanis inq̄t, fidēti animo si ita res foret gradiet̄ ad mortē in qua summū bonū, aut nullū malum eē cognouimus, & reliqua. Iterū doctissimus Soc. Archelai auditor, aduersus Simiā, sic inq̄t, pape o Simia q̃ difficile aliis persuaderem, hanc me fortunam haud quaq̃ aduersam extimare, quando ne vobis quidem id persuadere possum, quippe cum ipsi metuatis ne difficilior molestiorque sim in præsentia, q̃ in superiori fuerim vita, atque vt apparet deterior cygnis ad diuinandū vobis esse videor. Illi quidem quando se breui præsentiunt morituros, tunc magis ad modum, dulciusque canunt q̃ antea consueuerint, cōgratulantes q̄d ad deum sint, cuius erant famuli, iam migraturi, atque & ego arbitror me cygnorum esse conseruum, eidemque deo sacrum, neque deterius vaticinium ab eodem domino habere q̃ illos, neque ignauius e vita decedere, hæc Socrates in morte quam ab Atheniēsibus accepit. Post hos & Plato in Thimæo circa finem, inquit, necesse est omnino siquidem veritatem attingat immortalia diuina comprehendere, & quatenus humana natura immortalitatem assequi potest, eatenus hūc penitus immortalē euadere, nulla.vꝫ immortalitatis parte dimissa, quin etiā cū semper diuinū colat, ipsumque familiarem demonem in se habeat ornatissimum præcipue beatum fore, hæc Plato. Itē Alpetragoras in principio suæ astrologiæ de quodam pħo qui e vita decesserat loquens, inquit, locū aīæ eius eē inter sanctos in sempiterna gloria. Amplius, Ptolæmeus in principio almagesti inquit, scientia stellarū in actionibus & honestatibus morū laudabiliū nō est necessitas parua, immo nihil est magis adiuuans ad acuendos oculos mentis nostræ, & intells ad considerandū ea, quę operibus assimilant̄ diuinis, ꝓpter subtilitatē æqualitatis & paruitatem arrogantiæ & q̄m ipsa facit eū qui perseueranter eā inquirit hanc cœlestē pulchritudinē diligere, & ducit eum ad perseuerantiā diuini studii, & coniungit eū ipsi, q̄d animæ simile est, ꝓpter bonitatem formæ, & assimilat eum creatori suo, hæc ille. Ecce quō habetur aīæ rationalis immortalitas, cū totū hoc intelligat de anima post mortem, cum antea dixit, q̄ non est mortuus quem sapientia viuificauit. Item Constanhebenluce ait in libro de differentia spiritus & animæ, spiritus a corpore separatus perit, operatio quoque aīæ cum ipse separatur a corpore perit, ipsa autem ſm se nō perit & loquitur de spiritu corporeo, vt patet in principio libri. Adhuc Crispus Salustius in Cathilinario, inquit, sed nr̄a oīs vis in corpe & aīo sita est, animi ip̄erio, corpis seruitio magis vtimur alterū nobis cū diis, alterū cū beluis cōe est habet igit̄ corruptibile corpus cū beluis animū immortalē cū intelligētiis. Ex his & aliis fere infinitis pħorū antiquorū sentētiis haberi potest certitudo q̄ rationalis anima non extinguitur ex corporis extinctione nec marcescit animus corpore dissipato quēadmodum Epicurus credit.

*In quo inducuntur verba & veritates sententiarū Arist. in cōfirmatione supradictorū. Cap. 10.*

ET cum inductæ sint rōnes ac antiquorū auctoritates, quibus cōcludit̄ rōnalis aīæ imortalitas, superest mō inducere verba Aris. ad hoc, & tūc declarabit̄: quō mens Aris. vt dixi. Inquit ergo Ari in. 1. de aīa. intells aūt aduenire vr̄ & sub̄a quædā esse, & non corrūpi, maxime enim corrūperetur vtique ab ea, quę est in senio debilitate, & reliqua. Ex hoc cōstat intellm̄ esse immortalem, eo signo, quia maxime videret̄ corrūpi ab ea debilitate quæ est in senectute. tunc autem ipsum non corrūpi ostendit eius optima ac sublimior operatio. Absoluunt. & hoc dicentes ipsum nō corrūpi eo modo, quo organica forma ab excellenti obiecto corrumpitur. Stat autē ipsum corrumpi alio modo .s. corruptione totius. Sed hæc solutio non videtur ire ad mentem Arist. quoniam statim postq̃ conclusit intellectus immortalitatē, absoluit. q. cur nō reminiscimur post mortē, si intells ipse mortalis est, cui respōdet & inquit. intelligere aūt & cōsiderare marcescunt alio quodā interius corrupto. Ipsum autē impassibile. Memorari autē aut amare & odire non sunt illius passiones, sed huius, q̄d habet id ea ratione habet, quare & hoc corrupto, neque memoratur, neque amat, non enim illius erant. s. communis, quod quidem destructum est. Intellectus autem fortassis diuinum aliquid & impassibile. Ecce quō sol. prædicta abscindit̄, ꝓbat enim intelligere corrūpi hoc syllo, oīs operatio alicuius q̄d primo corrūpit̄ ipsa corrūpit̄, sed intelligere & contemplari opatio alicuius, q̄d corrūpit̄, q̄d declarat eo q̄a intelligere non intells est, sed colligati ex intellectu & corpore & hoc corrumpi relinquit tanq̃ palā. Si igitur intells immortalis simplr̄ nō pacciperetur in ꝓposita auctoritate, iam. q. s. an intelligere remaneat ad nihil esset. Et quanto minus solo. Illa ergo glossa tm̄ superficialis est, & non ad rem. Et q̄ hæc sit Aris. mens Auer. in commento illius partis. s. 65. inquit incepit declarare q̄ intellectus materialis inter partes aīæ, videtur esse non mobilis, neque accidere etiam, est enim nō generabilis, & nō corruptibilis, nisi ſm id in quo agit ex corpore, aut ſm id a quo patit̄, quia habet instr̄m corporale, quod corrūpitur per suam corruptionem sicut est dispositio in aliis virtutibus aīæ. Itē Themistius ibidē capite. 25. inquit. uidetur intells intus accidere, ut substantia quædam nec aboleri, aut corrūpi, alioquin maxime aboleretur ab ea inualentia, quæ

senectuti contingit & reliqua. Præterea. 3. de anima inqt separatus autẽ est solũ hoc qđ vere est, & hoc solũ imortale & perpetuũ est. & qa quis posset dicere, ergo intelligere & cõtẽplari remanet post mortẽ, cum et ipse intells remaneat, soluit d. nõ reminiscimur aũt, quia hoc quidẽ impassibile, passiuus vero intells corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit anima. Si ergo intells & dissipatione corporis marcesceret ad quid Arist. tñ laborauit in qõne cur aia nõ reminiscitur, oĩs enim. q. vt in meta. 7. inquit Arist. supponit verum, & dubium quærit, modo tenere aĩam corrũpi ẽm corruptionẽ totius, quæstio cur intelligere et cõsiderare nõ remanent ociosa est Quod autem hmõi sit Aristo. mens Alexã & The. vide quos Auer. com. 20 illius partis narrat, & statim confirmabitur veritas. Rursum Arist. in 2. de aĩa inquit, & hoc solum contingere separari sicut ppetuũ a corruptibili, & hoc põt dupliciter absolui, vno modo vt Alexã. ait ibi Arist. nihil asserere certi cum loquatur cum ly (videtur.) Vel vt dicat intellm separari quia incorruptibilis est ab obiecto qũo aliæ vires animæ sensilis marcescunt propter excellentiam obiecti.

Primã solũ excludit Arist. per id qđ subdit, reliquæ autem partes animæ manifestum ex his ꝙ non separabiles sunt. Si igitur Aristo. subdit in aliis esse certũ non separari oportet vt quæstio de intellũ soluta habeatur. s. ipsum esse separabilẽ. Scdam excludo, qm̃ Arist. nondũ ibi, q n ab obiecto vis soluitur expressit & manifestauit intellm esse actum corpis ergo verbum suum cadere debet supra iam dicto, & non supra id quod nondũ dixit, esset enim exire terminos. Etiã argui põt eo modo dixit intellm separari, qũo per contrariũ dixit alias partes aĩæ non separari. Sed eas dixit nõ separari, ꝓpter eas esse virtutes in corpore. ergo per oppositum intellm separari voluit per abstractionem a corpore. Hoc confirmari potest ꝑ verba Auer. ibi. comẽtis. 21. & 22. quæ nolo inducere, ꝓpter breuitatem. Item prius formidatus est. d. amplius autẽ immanifestũ si sit corpis actus aĩa, sicut nauta nauis. Hoc quidẽ relinquit, tanꝗ dubium ergo consonũ id dubium aliqualiter esse solutum in verbis post, et per ꝯñs eã esse separabilẽ, non ꝓpter obiecti impatibilitatẽ, & hoc patet per verbũ Ale. quod Auer. dicit ibi. com. 11. ait. n. & nos loquemur de hoc, quãdo loquemur de virtute rationali ecce qũo dubium id absoluendũ reliquit in loco post dicendo. Amplius principaliter in 3. de anima libro inqt, necesse itaque, qm̃ omnia intelligit, immistũ esse, sicut dicit Anaxa. &c. Sed dices vt prius Aristo. nihil aliud velle nisi ipsum separatũ esse ab organo nec ipsum corrũpi ꝓpter organi absolutionẽ, stat tamen ipsum alio modo corrumpi. s. corruptione totius compositi, vt dictum est.

Hanc solutionẽ excludit Arist. per id quod subdit, sicut dicit Anaxa. vt imperet, hoc autem est, vt cognoscat arguo modo, plus immaterialitatis requiritur ad hoc vt aliquid immaterialem formã recipiat ꝙ ad hoc vt id in formas materiales agat. Sed ꝓpter primũ Ari. cõcedit Anaxag. positionem, quãto igitur magis ꝓpter scdm id cõcedet. Item vbi intells a materia dependeret, & in ea concretus esset, sicut brutalis forma hoc solo a sensu differret quoniam sensus vteretur vt dixi corpis determinata parte cum virtus sit particularis, intellectus vero illa vel simili non vteretur. Cum sensu quoque in hunc modum conueniret, sicut enim sensus dispositionem haberet, qua in corpore existit atque operatur, sic & intells. Arguo mõ, si ad saluãdã immaterialitatem opationis ac virtutis operantis sufficit virtutẽ non esse organicam, ac propter eam organo non vti. Tunc calefactio, & vĩr quælibet elẽtorũ operatio inorganica esset, & vniuersalis ac immaterialis, quare quẽadmodũ ignis operaꝛ particulariter & indiuidualiter, quia in materia habet dispositionem certã, qua ad certũ genus entis se extendit, sic quoque et intellectus. Et hoc remouet Arist. intellectus enim apparens prohibet extraneum & obstruet. Quod in græco sic habetur, alienum nãque cum apparet, iuxta prohibet atque seiungit, quasi velit intellectum impediri ex illa dispositione, qua in materia existit, pro intentione rei forinsece. Sed dicet rursum quispiam ꝙ proximum receptiuum operationis intellectiuæ est anima tñ in intellectione operationis vero organicæ est congregatũ ex potẽtia & organo. Nec & hoc euitabit ꝓpositum, quoniam licet hoc saluet operationem immaterialẽ imanifeste determinatæ partis corporis, nõ ꝓpter hoc saluat, quin illa operatio sit ista, & particularis, quia est formæ in materia existentis per certas dispositiones, quæ sunt ei necessariæ, & pro esse simpliciter, & pro esse in materia. Adhuc vbi species visibilis esset tantum recepta in potentia primo, & nõ organo nõne esset & ista & singularis sensatio? ergo causa vnitatis non est, quia in forma recipitur tanꝗ in proximo receptiuo. Hoc & Themistius cõfirmat ibidẽ, capite. 16 inquit enim necessariũ itaque est cũ oĩa intelligat intellectus, vt omnia quoque potentia sit, hoc est, vt nullam spẽm certam aut precipuã habeat recte igitur Anaxogoras quasi somniabundus de intellectu uidetur sensisse, cum illum simplicem sincerum intemperatũque diceret & reliqua. Iterum lege cõmentum quartũ Auerrois illius partis qa fere Themistium sectatur. Adhuc principaliter ibidem paulopost ait Arist. vnde neque misceri rationale est ipm corpori, qualis enim vtique fiet, aut frigidus, aut calidus.

Sed dices ꝙ ibi tm̃ vult habere ipsum esse separatum ab organis, vt post subdit quo tñ stat ipm posse corrũpi ẽm corporis compositi dissipationem, vt dicebatur. Et licet verum sit Arist. ibi sic intelligere, vt in Themistio capite. 17. & Auer. cõmento 6. accipitur, tamẽ idem sequitur de intellectu, si ipse forma sit corporis a corpore dependens, non tantum quantum ad opus, imo quantũ ad esse & fieri: qm̃ eo ipso ꝙ intells a mã pendet quantũ ad esse & fieri, non inest materiæ nisi propter dispositionem certam, quoniam nihil dependet a materia inquantum materia, eo ipso ꝙ a materia dependet per certam dispositionem erit operans per illam tantum, & non per aliam, eo ipso ꝙ erit operans per illam, & nõ per aliam erit organicus, hæc enim mõ oẽs peripatetici loquunꝛ de organicis virtutibus, ut constat in uerbis illorũ inspiciendo. Ergo eo ipso sit stanti, ipsum esse qualem relinquitur. i. per certum genus qualitatis agere vt Themi. & Auer. exponunt. Iterum principaliter Arist. in perigeneseos secundo inquit, in cõueniens aũt & si anima ex elementis sup. sit, quẽadmodũ Empedo. aut vnum aliquod eorum, quemadmodũ Democritus, qui ignem eam dixit esse. Cuius rationem reddit sub forma interrogationis. d. alterationes i. operationes enim animæ qũo erunt. verbi gratia musicum esse & rursum, si non musica, qũo erit, aut memoria, aut obliuio, & tunc concludit, palam autem qm̃ siquidẽ ignis anima, vt sup. Democritus inquit, passiones erunt ei quęcũꝗ ignis, secundũ ꝙ ignis, si autem anima erit quoddã miscibile i. in corpore misto permanẽs opera erunt eius corporalia, huius autẽ nulla operatio corporalis ecce qũo plane Aristo. ex eo quia nullũ opus proprium animæ est pbicum ac indiuiduum, & corporale, ipsam. nec ignem nec in elementis consistentẽ ait esse. Quã auctoritatẽ nec Ale. nec aliquis illius sectator poterit persoluere, & tu videas cõmentum. 45. illius & relinquetur tibi in hoc certitudo.

Præterea principaliter Aristote. 16. de animalibus regulam ponit capite. 10. d. quorum enim principiorum actio est corpalis, hæc sine corpore inesse nõ posse certũ est. verbi gratia. ambulare sine pedibus. Tunc ex loco a contrario, qñ aliqua operatio nõ est corporalis principiũ illius, nec est, nec esse potest cũ corpore, vt etiã ibidẽ ostendit & ipse, & qñ aĩa principiũ ipsius, nec a corpore, nec ab aliquo corporali habet, tunc nec finẽ, & cõplementũ. ergo omnino positio horũ contradicit Arist. Amplius hoc idem & Auer. in. 3. de anima lib. cõfirmauit. d. et uniuersaliter ista intẽtio animæ est per vera fundamẽta & in ꝓpositionibus probabilibus quæ dãt aĩam esse vtrũꝗ. s. mortalẽ & non mortalem, probabilia autẽ impõle est vt sint falsa ẽm totũ, & hoc apologizauerunt antiq, & in reprehensione illius oẽs leges conueniunt. Et quando hæc

sunt modo dicta, superest mō colligere q̄d veri: q̄d falsi: posteriores Ale. dixerunt. Quādo ergo dicunt aīam rōnalem esse nouam in corpore nostro, & imediate a Deo sublimi verum dicunt: & in hoc non insisto propterea q̄a infra immorabor, q̄n dicunt Arist. in hoc quæsito eē ambiguum. ex his quæ hoc capite induximus patet Aristo. verba imortalitatē innuere oīno & sine dubio, q̄n etiam dicunt problema esse neutrū hoc quo vterq; modus opinandi habeat motiua ꝓbabilia: constat non tm̄ aīæ rōnalis imortalitatē esse fide creditā, īmo et rōnibus & demrōnibus a posteriori & a priori, quas reliq̄, cū eas apponat Auic. in. 6. naturaliū parte quinta. Vltimo dixerūt rōnalem aīam ad corpis corruptionē dissipari totius factā tm̄ immediate a deo, nō per opus creationis, sed per aīationē ipsam, vt dictū est. Et hoc nec mihi cōsonat, q̄m eadē potētia forma extrahit ad eē: qua reducit in nō esse, fm̄ fundamentū peripateticorū, mō tm̄ diuerso, quēadmodū. n. nautæ p̄sentia cā est salutis, sic & absentia cā erit submersionis nauis, quēadmodū Arist. inq̄t in p̄hica auscultatione ergo si rōnalis aīa desinet esse p destructionē toti⁹, oportebit vt in potentiā mãæ redeat nisi annihilet̄, q̄d inconsonū videbitur p̄bis. quare si in potētiam mãæ redibit ex ea extra actus erit, quare non erit forinsecus, & a deo in corpe adueniēs. Præterea si rōnalis aīa desinit ad corpis destructionē, tunc sine dubio ipsa, & in esse, & in cōseruari, a mã, depēdebit et q̄n fora fuerit depēdēs ī eē et ī ɔseruari a mã sine dubio deducta erit ex ei⁹ posse cū eã nō excedat, & rōnalis anima cōtinebitur in semine, cuius cōtrarium dictū est, ex verbis Arist. in scdo de gn̄atione aīaliū capite. 10. prædicto. Ex his perspicuū remanet quāta sit p̄biæ vtilitas, cū ex ea non tantū rōnalis animæ īmortalitas sciri posit ex verbis Arist. verū & aliorū antiquorū, & demonstrationibus apertis.

*In quo inducuntur q̄ones The. cōtra Aris. in signo quo probat aīæ rōnalis immortalitatē. Cap. 11.*

SIcut in p̄cedenti capite diximus Arist. ꝓbauit intell's immortalitatē, hoc mō, si intell's mortalis eēt ad corporis mortē, ipse maxime debilitaret̄ in senectute, sed ꝗ non debilitetur ostendit Arist. vt The. credit per locum a maiori, sic, magis vr̄ debilitari sensum in senectute q̄ intell's, sed ꝗ sensus nō debilitet̄ signo ostēdit, q̄m si senes acciperet organū iuuenis non minus videret, & hoc significat sensum in se nō esse debilitatū, sed organū, quanto ergo minus intell's debilitabitur per seipsum. Sed ad hoc signū The. in primo de aīa capite. 25 multas adduxit q̄ones, & inquit in his verbis primū, cōtinuatio & series ipsa sermonis dubōnem habet, cū enim id ageret atq; vellet adiicere, ne moueri animus videretur, nihil attinebat hac intentione intellectum substantiam esse quandā quæ intus accederet nec aboleretur, est ergo prima questio circa sermonis cōnexum, q̄m Arist. incepit disputare an rōnalis aīa sic moueatur an non. Ad hanc q̄onem impertinens erat ostēdere intell'm esse subam quandā quæ intus accederet, nec aboleretur. Deinde cōtra Aris. induxit & scdam. q. & inquit, nec erat ratio q̄obrē hoc loco de immortalitate animæ disputaret, quia neq; de reliqua anima vtrum mortalis esset hac parte agitabatur sed solum id in quæstione erat moueri ne an non moueri intellectus posset. Est ergo secunda quæstio de irrōnalitate loci, hoc. n. in loco nō decebat q̄onem mouere de intell's perpetuitate cū hmōi quæstio supponat diffōnem animæ rōnalis, & etiam ad propositam q̄onem, vt dixi cōnexum habere nō videtur. Mouit & tertiā. q. et inq̄t, deinde in eo quoque verba illa calūniam sustinent, ꝗ rō qua intell's incorruptus & imortalis asseritur, videtur idem in sensu pollere, atque ita illum quoque ab interitu vendicare, immo vero si diligenter aduertas fere hoc egisse Aris. cōperies, vt sensum quoq; esse immortalē ostendat, si aboleri inq̄t intell's posset maxime id ab inualentia futurum. quæ in senectute contingeret, tunc vero accedit ecōtra id q̄d in sensoris cernitur, nã si vti posset senex oculo iuuenis videret ut iuuenis, ex q̄bus verbis talis rō nectitur, quēadmodū sensus nō patitur laborātibus senio, & fatiscentibus instrumentis, ita neq; intell'm pati interiore illo affecto collabefactoq; neque in sensu solo persitat, sed ꝓgredit̄ vltra, qua re inquit senectus non eo fit ꝗ anima quicq̄ sit passa, sed eo ꝗ id in quo anima continetur lacessitum oblæsumq; est, quemadmodum temulentia et ægrotatio, hoc si ita ē, vegetatrix anima eodē modo quo mens impatibilis efficitur perindeq; imortalis. Est ergo tertia quæstio multū difficilis nam Arist. arguit per locum a maiori, & fundatur argumentum suum in hoc, ꝗ sensus in senectute non debilitatur, propter signum positum, argumentor mō vt de intellectu arguit Aristo. Si sensus esset corruptibilis debilitaretur in senectute sed Ari. probat signo ipsum nō debilitari ergo sensus erit incorruptibilis. Et postq; mouit has tres. q. circa id signum Aris. alias adducit ad aliud Aris. verbum, dixit nãq; Aris. intelligere aūt, & cōsiderare marcescunt, alio quodā interius corrupto, ad q̄d The. inquit, tertio subit quærere, quale nam instrumentum id sit q̄d tam etsi interius corrumpatur. intell'm tamē impatibilem permansurum dicat, est ergo quæstio prima, q̄d intelligat Ari. per id interius corruptum quo marcefacto & intelligere & considerare marcescunt. Scdam etiā induxit ad idem & inquit, qui possit similitudinem, aut proportionem habere cum corporalibus instrumētis, iā vtrum id homini, an aliis quoq; aīalibus habeat̄, est ergo scda quæstio, an id interius sit pośe haberi ab alio genere animalium, an solus homo. Tertiam adhuc dedit. q. & inquit, age vero si latentiore aliquo interioreq; instrō intellectus vtatur, quærenda ratio est, cur nō cōueniat animam sensualem separatam ab instrumentis putare, nō. n. ad constituendam differentiā sufficit dicere intell'm instrō interiore vti & cōdito, sensum exteriore & prompto, est ergo tertię q̄ōnis sententia, si ad hoc vt homo differat ab alio animali. verbi gratia. leone, nō oportet intell'm esse formā corporis perficientē, sed vtentem corpore, tanq̄ instrō, vel aliquo corporis, cur etiā sic non dici potest de sensitiua. s. esse formā separatam, & non dare esse corpori p̄fectiue, sed tm̄ esse formā vtentē corpore cū & hoc saluabitur differentia, quemadmodum & in rationali saluat̄ & hæc quæstio est pulchra quæstio. Post dat quartā. q. circa illa duo uerba, intelligere, & cōsiderare, seu cognoscere, vt litera habet Themistii, & inquit, quia vero Arist. modo verbū hoc intelligere modo id cognoscere vsurpat sit noscenti hæc studium scire quid inter sit: cui respōdet & inquit an intelligere est simplices terminos cōprehendere, cognoscere terminos cōplexos iungere, aut diuidere. Et q̄n hoc dixit mouit. q. optimā & inq̄t, tū quoque succedit quæstio vtra præstantior virtus, eane quæ appellationes simplices p̄cipit, an ea quæ perceptas ad cōplexū cōiunctionēq; reuocat. Est ergo quæstio an virtus apprehensiua simpliciū sit p̄stabilior virtute apprehēdente cōposita, & factiua cōplexionis, an ecōtra. Et ꝓ vtraque parte arguit, & inquit, videri posset alicui posterior hæc maiore ui esse argumēto de artibus capto, nam simplicia cognoscere ligna & lapides nullius est artis, sed connectere & cōponere. Ex hoc patet ꝗ cōpositiua nobilior erit cū opus id sit artis. Tunc arguit ad oppositū. d. tm̄ contrariū est, ꝗ quidem neq; difficile demonstratur, nam cū in cōplexu modo veritas modo falsitas uersetur, intelligere nō nisi vere possumus cognoscere etiam falsæ: ergo argumentū virtus in cuius opere cadit. q̄nq; veritas, q̄nq; falsitas, ignobilior est virtute, cui id nō accidit, minor aūt additur & patet. Secundo arguit. d. p̄terea intelligere est tanq̄ circuire lustrareque rem, & circūspicere, nec accedere, eoque imbecillitas quædam intētionis monstrat̄, qualis differētia inter clariores oculos hebetioresq; habet̄, ecce scdm argumentū q̄d patet. Et inquit The. hæc sunt quę de verbis illius vocari possunt in dubium, defensiones solutionesq; in aliud tēpus differre commodius est quo se quoque nobilissimus philosophus ad pleniorē discussionem sustinet ac reseruat, nam hoc loco causa discernendi magis

magis disputandiq; diligentia: quam cum sententia aut fiducia decernendi disseruit. Istæ sunt quæstiones Themistij, quas ut vides insolutas nobis relinquit, nec inuenimus solutiones in aliquo loco suæ paraphrasi, ut patet legenti illam. Aliam dederunt ad Arist. qōnem expositor non minoris dubij, & potest sic ordiri. Si sensus essent corruptibiles maxime in senectute debilitati essent circa moralia obiecta, modo Aris ostendit in .1. ethico. sensus esse maxime fortes circa moralia obiecta in senectute quam in iuuentute. Quod si dicas id esse ex habitu acquisitum, non autem ex natura illarum potētiarum ut Arist. ostendit, in .2. ethic. & ego a pari dicta intellectum esse in senio debilitatum ſm naturam, uerum propter exercitium ac habitum fortificatur, multo.n. maius erit exercitium ad fortitudinem conferens q̃ naturalis debilitas, & sic non tolletur intellectus mortalitas ex illo signo. Quæ ergo & quot sint quęstiones accidentes ad Aris. ex his cuilibet perspicuum erit, ac et alias multas poterit addere.

## *In quo soluuntur quæstiones Themistii ad Aristot.* Caput. 12.

Quæstiones Themistii omnes una solutione dissolui possunt. s. ex posita litera illa, potest autē litera Aris tripliciter legi, uno modo quo eam legit Themistius, & sic qōnes reputo difficilis solutionis immo impossibilis, ut videnti expōnem eius constat. Secundo modo potest exponi, ut expositores latini conantur exponere, & sic quodam modo omnes qōnes abscindūtur, dicunt ergo Aris. ꝓbare quatuor rōnibus animam non moueri, & loquitur de rōnali, qm̄ ut Ari. dicebat nunc quidem .n. dicentes et quærentes de aīa de humana uiīr solum intendere, ubi Platonem innuit, ſm Expositores, dicebat autem Plato animam esse numerū seipsum mouentem. ideo Arist. ostendit rōnalem aīam non moueri: quatuor rōnibus, & q̄ hæc sit Arist. intentio Aris ostendit in sua recapitulatione, ait enim q̄ quidem igitur nō posse moueri aīam manifestum est ex his si autem penitus non moueatur manifestum qm̄ neque a seipsa, ecce quō innuit se probasse animam nō moueri, dico ergo q̄ Aris illo tex. (intell's autem videtur) apponit quartam rationem: & ſm latinos sic componitur subiectum motuum. s. memoriæ & reliquorum animæ operum debilitatur uel natum est debilitari propter illa opera. Sed intellectus non debilitatur: nec natus est debilitari, cum non sit natus corrumpi. sed organa ipsa debilitantur uel nata sunt debilitari. ergo intellectus non est subiectum horum: sed organa coniuncta intellectui, huius sylli minor duas habet partes, ut vides, primam apponit Aris d intell's autem videtur substantia quædam existens. i stabilis, & non debilitabilis & non corruptibilis hęc est prima pars minoris, probat autem hanc minorem hypothetice per locum ab opposito consequentis hoc modo sup si intell's corrumperetur maxime corrumperetur ab ea, quæ est in senio debilitate, huius hypotheticæ tacuit antecedens & expræssit cōsequens destruit autem consequens, sed sup. intell's in senio nō debilitatur, immo perficitur magis, ostendit autem quomodo debilitatur aliqualiter. d. nunc autem fortassis quemadmodum in sensitiuis accidit. s. ipsas potentias debilitari pp lapsum organorum, non propter potentias in se, sic & intell's: q̄ autem id sensitiuis accidat ostendit. d. Si enim accipiat senior oculum iuuenis uidebit utiq; sicut & iuuenis; & ex hoc uult habere defectum uisus esse ex defectu organi, & hoc concludit dicens quare senium non est in sustinendo aliquid animam, sed est in quo. id. est organum. quod confirmat per simile in ebrietatibus & infirmitatibus, & patet oppositum consequentis ex quo oppositum conclude antecedentis, & est propositum. Post in textu sequenti ibi (intelligere autem & considerare) ostendit secūdam partem minoris. s. ex debilitate organi esse lapsum intellectiuæ operationis, & sermo eius patet. Ex hac explanatione soluuntur q. primę tres Themistii. patet .n. primo quō ad propositum cōtinuatur textus cum habeat cōtinuationem ad ꝑcedētem, ꝓut est quarta rō cōtra Plato. Patet secundo quō rōnaliter interseruit de intell's immortalitate, ꝓut ex eo relinquitur ipsum non esse subiectum motus fuit enim id prima pars minoris, ut vidisti. Tertia uero qō facile dissoluitur, qm̄ ibi Arist nō loco a minori probat intellm̄ corrumpi: sed signo sit v3 sensus non debilitatur, ergo nec intell's, & hoc modo nō habetur ex litera Arist sensum esse perpetuum. Sed arguis ego probabo sensum esse perpetuum, qm̄. si nō maxime debilitatur in senio, sed nō per Aris debilitatur, ut patet, sed organum. ergo sensus ſm se perpetuus est. Dicendum q̄ adhuc dr̄ia est inter intellm̄ & sensum, primo quia & si sensus nō debilitetur ſm se, est tamen rōne organi per se debilitabilis, intellectus autem nec per se nec rōne organi debilitari pōt licet operatio sua non uidetur perfecta, in se tamen debilitabilis nō est, nec per se, nec rōne organi. Secūdo qm̄ sensus est solubilis rōne organi, intell's autem nō, ut constat. ergo debilitas sensus est altera, & per cōsequens nō sequitur sensum perpetuū esse, oportet enim addere non debilitatur in senio per se nec per accidēs, ſm propriam essentiam. ergo æternus, cuius minor uera est de intellu, quæ autem falsa est in sensu. Et per hoc idem absolui potest & ultima qō, q̃ Expositores dederūt, & si sensus nō debilitetur ab obiectis moralibus est tamē debilitabilis, q̄ nō est uerum de intellu, nec enim est debilitabilis, nec debilitatus intell's ab obiecto q̄tūcūq; excellēti. Pōt & textus alio modi exponi, ut Auerrois uidetur innuere in cōmento illius partis, q̄ cum Aris. ꝓposuisset ostēdere ad Platonem aīam rōnalem nō moueri, & ostēdisset eam non moueri motu alterationis, nec motu augumētationis, nec motu locali, opus erat ōndere eam non moueri motu gñonis & corruptionis, & hoc est ostendere eam nō esse generabilem & corruptibilem. ostēdit ergo eam nō esse generabilem neq; corruptibilem, & tunc duæ primæ qōnes absolutæ sunt ex cōtinuatione commenti. Tertia uero remouetur ex intentione partis. Aris. ergo intēdit probare intellectum esse inorganicum, & inde habere uult ipsum esse separatum a mā. idē enim inorganicum & a mā separatum in cognoscitiuis potentijs, ut patet in ꝓgressu commenti. Organicam autem uirtutem esse pōt dupl'r probari. primo quando debilitatur in senectute ex organi debilitate, ut fit in oculo seni, secundo qn̄ nō debilitatur, sed debilitabilis est rōne organi. Primum fit semper in sensu exteriori. Secundum in sensu interiori, corrumpitur enim sępe imaginatio ex forti imaginatione: tunc pōt syll's componi sic oīs uirtus corruptibilis & organica est debilitabilis uel debilitatur in senectute. sed intell's, nec debilitatur, nec est debilitabilis ergo intell's, nec organicus, nec corruptibilis, & sic remouetur tertia qō Themistij & ultima, & series textus patet & necessitas partis. Verum Auerrois in fine commenti .66. dicere uidetur id esse signum probabile, & non demonstratiuum, & sic iterum qōnes illæ tertia. s. ultima remouebuntur. Post hoc facile reliquæ quatuor qōnes soluūtur, prima quidem. qm̄ intellectus & sensus hoc discrepant: ut Simplicius ait in .2. de anima qm̄ sensus organo utitur partiali, ut oculo aure & sic de alijs, intell's autem toto corpore utitur, ut organo, quęadmodum nauta utitur naui tota, ut organo, manus uero themone tantum &c. Et ex hoc patet quid sit organum intellectus ſm peripateticos. Secunda uero soluitur: quoniam ut Aristo. ait in .2. de anima, & propter hoc in corpore huiusmodi, & non sicut priores in corpus aptabant ipsam, nihil definientes in quo & quali, & ueræ cum non uideatur accipere quodlibet contingēs.

Et ex hoc secunda qō persoluitur, hæc enim anima ideo utitur toto corpore pro organo, & nō anima brutalis, qm̄ hæc est huius naturæ, ut sibi limitet tale corpus & non aliud, & hoc non potest reduci ad causam aliam

nisi ad animarum naturas, & proprietates, ut constat Aristotelem fecisse. Tertiam q. absoluere possumus dupliciter vno modo s<sup></sup>m positionem Themistij, quam expressit capite. 23. illius primi, vt dicamus. s. hominem non intellectu distingui ab animali bruto, tanquam per differentiam sumptam a parte, sed per animationem, ꝓpriam, quę ab intellectu pendet, quemadmodum illuminatio a luce, & hanc animationem Auerrois cogitiuam credit esse, de quo alias. Vel dicamus s<sup></sup>m veritatem nostre fidei rationalem animam dare specificum esse corpori, & nō tantum corpori accommodari, ut motor & utens verum ut forma, & perfectio, ut suo loco declarabitur. Et quando sic secundo modo dicetur patet differentiam esse ab anima rationali, & non a sensitiua: eo quia anima rationalis propria est hominis forma nō sic sensitiua. Id uero quod dedit Themistius in quarta qōne absoluendum est, vt ipse dicit magis. s. dignam esse intellectiuam partem ipsa compositiua & diuisiua, propter rationes ad oppositum, quas inducit. Potest autem & addi tertia, quam Auerrois addit in. 3. commentis proprijs, q̄m intellectio simplicium propria est substantiarum separatarum a materia, compositam habentium materiam, vt constat. Quod uero in opposi tum dicebatur non est ad propositum, q̄m non refertur ad idem, cognoscere enim ligna proprium est exteriori sensui, sed componere ꝓprium est interiori: & ideo nobilius erit per accidens, sed si essent eiusdem partis cognoscere, & intueri, esset forte pręstabilius componere, & ipso artificiali ordinari. Vltima vero quæstio absoluta est ex his. Quomodo quidem igitur non conducant Themistij rationes ad Aristotelem ex his manifestum utique fiet.

## *In quo completur declaratio erroris opinionis Alexandri.* Caput. 13.

Averrois in de anima tertio digressione magna contradicit Alexandro, & uidetur mihi ꝙ prima eius ratio debet componi per impossi. hoc modo. Si minor demonstrationis Arist. exponatur de præparatione: ut Alexander opinatur, tunc preparatio non tantum intellectus, immo cuiuscunq; formæ materialis, esset nec corpus, nec uirtus in corpore: & tunc demonstratio non esset propria ipsi intellectui tantum, & si esset propria intellectui, cur & quibus uerbis demonstrationem præparationi intellectiuæ appropriauit. Secundo obijcit Auerrois in hunc modum. erat syllogismus Aristo. Omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti. Sed intellectus est recipiens omnes formas materiales, ergo & reliqua. Minor itaque habet hoc prędicatum recipiens, tunc quærit pro quo supponit subiectum illius minoris, uel pro præparatione, uel pro ipso subiecto, idest intellectu præparato, non pro ꝓparatione, q̄m esset sensus, præparatio est recipiēs omnes formas materiales, hic vero sensus falsus est, q̄m recipiens in aduentu recepti manet, præparatio autem, idest priuatio non manet, ergo illa priuatio non recipit. Verificabitur ergo minoris prædicatum de subiecto ipsius præparationis: qui intellectus est in se, et sic habetur propositum, hæ ergo duę sunt rationes, quibus Alexādro contradicit Auerrois quantum ad illam solutionē. Postmodum obijcit contra secundam propositionem, quam ei imposuit. s. ꝙ intellectus est factus ab elementorum potestatibus, & induxit enthymema in hunc modum. Intellectus est factus ab elementis sine motore extrinseco. ergo intellecta in actu sunt facta ab elementis sine motore extrinseco. Inquit enim sic, & ista opinio in uirtutibus animę comprehensiuis si est s<sup></sup>m ꝙ nos intellexerimus est falsa, & reddit rationem. d. a substantia enim elementorum, & a natura eorum, non potest fieri uirtus distinguens, aut comprehendens, quoniam si esset possibile, ut a natura eorum, & sine extrinseco motore fierent tales uirtutes, tunc esset possibile, ut postrema perfectio, quæ est intellecta. s. in actu esset aliquod factum a substantia eorum, ut color, & sapor fiunt, & dixit (Si est s<sup></sup>m ꝙ nos intellexerimus &c.) Quia ut declaraui in positione illius, non erat ita stultus Auerrois ꝙ hoc crederet esse mentem Alexandri cum Alexander uidisset Arist. 2. physicæ auscultationis in quo antiquis contradixit: dicētibus formas fieri ex necessitate materię, ideo Auerrois non obijcit Alexandro nisi hypothetice. s. si sic dixisset. Potest autem Auerrois enthymema primo deduci per locum a maiori sic si anima intellectiua quæ est diuinissima substantia, potest produci uirtute elementorum, & intellecta in actu, ut intellecta in actu, sunt inferioris gradus ad ipsam animam, multo facilius possunt produci ab elemētis, quare si intellectus ab elementis effluxit de facto, et intellecta de facto effluxere. Aut potest, & secundo modo deduci, ut in cōmento meo de anima deduxi, quod tu uideas si placet.

Vltima ratio Auer. ad Alexā. est ut dicit, & ista opinio est similis opinioni negantium causas agentes, et nō concedentium nisi causas materiales tantum, & sunt illi qui dicunt casum. Et intendit ꝙ si esset ut Alexan. finxit, tunc formæ essent de necessitate materię, & non ab agēte extrinseco: & sic formæ essent sine motore & vl'r quilibet effectus sine agente, quod in. 2. physicæ auscultationis est improbatum. Ex his relinquitur ꝙ dicentes rationalem animam incepisse & dissipari ad corporis extinctionem, quemadmodum Alexan. Auempace Epicurus, & alij antiqui omnino errauerunt. Post hęc Albertus in libro de origine animæ, tractatu. 2. capi. 5. narrata opinione Alexan. contradicit ei quatuor modis. s. ex exemplo eius. Secundo ex uerbis Platonis stoicorum ac peripateticorum. Tertio reddit ipsum contra se. Quarto arguit directe contra positionem eius. Ego autem ex his quatuor accipiam duos, primus ergo modus erit data Alexandri positionem, tunc ab intellectu agente, qui propria causa est in tota natura nulla induceretur forma, quæ aliquid similitudinis habeat cum ipso in separatione, & hoc uidetur absurdum. s. ꝙ omnia principia agentia in generatione aliquid similitudinis in generato cōsequantur, et id principium quod omnibus prius ac excellentius est, nihil omnino suæ consequatur similitudinis. Secundo pōt sic componi ratio ad Alexand. nulla forma corporalis mouet in suis materijs, & corporibus, in quibus sunt a motu locali de loco ad locum, declaratum enim est in. 8. physic. omnium talium corporum: quæ tales habent formas, motum esse a generante, aut remouente prohibens. Sed omnes formæ animalium mouēt motu locali de loco in locum per se in materijs & corporibus aīalium ergo hm̄oi formę nō possunt esse corporales. Et hæc rō potest confirmari, quærentes enim ab isto dicimus, si anima sua non est nisi forma armonica a quo nam mouetur corpus. Si. n. dicat æqualitatem illam cōplexionis mouere corpus s<sup></sup>m locum; quæramus a quo immoto s<sup></sup>m locum procedit iste motus, cum omnem motum oporteat ab aliquo immobili procedere. Amplius æquale in complexione pōt moueri ꝓcessiue, & etiam æquale mouet. ergo idē erit mouēs & motum & breuiter iste non potest saluare motum ꝓcessiuum animalis. Vltimo ad Alexā facit rō Aris. q̄ ad Empe. induxit in. 2 de aīa, ōndit. n. Empe. nō posse saluare motum aggenerationis & inquit Aristo. adhuc aūt quid est continens in contraria quæ feruntur ignem, & terram, distrahentur enim nisi aliquid sit prohibens. Si uero erit hoc est anima & causa alimenti & augumenti. Eodem modo potest ad alterum obijci. Si enim s<sup></sup>m ipsum anima nihil est aliud nisi armonica complexio & elementorum combinatio a quo fiet augumentum, & sic oportet ut & ipse in errorem incidat Empedoclis. Ex his totus error Alexan improbatus est cōplete, & nihil remanet amplius dicere circa hoc, tu autem considera ulterius.

In

*In quo narratur opinio aliorum circa rationalis animę esse, & motiua ad id.* Caput. 14.

Quemadmodum diximus de īceptione animæ disceptātes quatuor modis loqui poterāt, quorum unus imposibilis erat, & tunc reliquebatur disputatio in tribus, & primus modus quem Alexāder secutus est disputatus est hactenus, in quo tanquam complexum nobis palam est animam rationalem non a corpore incipere, nec in corpus desinere. Si igitur rationalis anima nec incipit cum corpore, nec in corpus desinet, sed semper fuit & amplius semper erit immortalis, ac substātia semper existens, simplex & immista, nec corruptibilis, nec alterabilis ꝭm substantiam eius, opinio reddetur multorum antiquorum ac modernorum peripateticorum Auerrois.i. Themistij, Plotini: Theophrasti, Pythagore, & aliorum, quos suo loco dicemus. Id autem in quo cōcurrunt est rationalem animam, nec incipere cum corpore, nec incipere ab aliquo corporis, nec desinere in potētiam corporis, nec in corpus ipsum, sed esse semper quid immortale diuinum & impatibile.

Id autem in quo discreti & differentes sunt suo loco accurate dicetur, ualde enim discrepant in statu animæ post mortem corporis, ac ante corporis unionem, & in ipsum ingressum, quæ tractabuntur in loco de statu & animæ partibus. Motiua autem horum sunt multa, & primum quod mouit Platonem & Gregorium nicenū componebatur sic omnis substantia incorporea antecedens quantitatem corporis & qualitatem ꝭm naturā existens non quidem in tempore, antecedit etiā corpus ipsum. Sed rationalis anima antecedit corporalem q̄litatem & contrarietatem dispositionum ꝭm naturam: quare non potest simul esse cum corpore. Adhuc Gregorius nicenus in libro de homine contra Eunomium Philosophum arguit. Omne quod habet corporalē ac temporalem creationem, corporale est & mortale. Si ergo anima creationem habet in corpore mortalis erit. Rursum nulla subꝰa supra naturam debet esse facta a natura, nec simul cum natura, sed uel ante uel post naturæ opus, sed anima rōnalis est subꝰa supra naturam, immo diuinum quoddam & optimum ergo erit facta, uel ante, uel post naturę opus, & non post. ergo ante naturā.

Præterea mouit & Auerroim aliud argumentum ꝙ in de substantia orbis libro colligitur nulla forma inducta in materia nō mediante dimensione interminata, & non per dispositiones qualitatiuas & quantitatiuas pręcedentes simul accipit esse cum toto, sed anima rōnalis est hmōi: quare conclude, ut prius. Item quod est de perfectione mundi semper est cum mundo, sed anima rōnalis est de perfectione mundi. ergo semper est cū mūdo: & per consequens non simul cum corpore accipit, esse maior patet, qm̄ ipse mundus perfectus est et cōstat ex tota sua materia. i. ex omnibus eius partibus possibilibus & essentialibus ei, ut Auerrois exponit. 1. cœli cōmen. 94. & alibi, minor etiam constat, anima enim rationalis, plus est de integritate uniuersi q̄ quodcūq; corporale, ut patet, deinde causa agens vt motor prius est acto tempore, ut in physica auscultatione accipitur. Sed rōnalis anima corporis est cā ut agens, ut loco eius dicetur & in. 2. de anima dixit Arist. ergo tempore pręcedit corpus. Iterum unitas loci attestatur unitati naturæ unde & diuersorum corporum ꝭm naturam diuersa sunt loca, sed intelligentię & animæ conueniunt in natura cum sint substantiæ spiritales ac intelligibiles, ergo aīæ sunt creatæ simul cum intelligentijs in cœlo empireo. Etiam quanto substantia simplicior erit tanto in sublimiori loco debet fieri & conseruari, ignis enim locus altior est q̄ aeris uel aquæ. sed anima est multo simplicior substantia quam corpus, ergo locus sue creationis meretur esse supra omne corpus. Deinde argumentum quod mouit maxime Plotinum est, ubi est ultima perfectio alicuius & naturalis status, immo ad quem semper inclinatur res, est suus locus proprius originis & generationis, & hoc manifestum est in hominibus maxime, homo enim maxime, & si rex esset, appetit redire in patriam, & si vilissima sit. Sed vltima perfectio animæ rōnalis est in cœlesti habitatione. ergo ibi est cōgruus locus suę originis. Rursum creator prior est in tempore quam generans. ergo & creatio animæ prior debet esse tempore generatione corporis, ergo non simul anima rōnalis cum corpore debet esse accipere. Est enim hic ordo ꝙ creationis opus p̄cessit opus distinctionis, & opus distinctionis opus ornatus, quare cum anima rōnalis sit creata. & corpus sit factum in fine ornatus, erit igitur anima ante corpus. Quomodo ergo & quibus argumentis moueantur hi ex nunc dictis manifestum est, post uero differentias, & propria, unicuiq; opinioni dicemus, nūc uero sit in tantum dictum.

*In quo inducuntur testes pro confirmatione dictorum* Caput. 15.

In prædictorum confirmatione plures reperti sunt uiri illustres. Moses igitur primus propheta sapientissimus inquit, compleuitq; Deus die septimo opus suum quod fecerat. & requieuit ab vniuerso opere qđ patrarat, & benedixit diei septimo, & santificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. Hoc autē Plato in thimæo sic uidetur exponere, introducens Deū .s. loquentem stellis, ait, ego vobis semen & inicium tradam, vos cætera exequi par est, ut immortali n̄aæ mortalem attexentes, faciatis generetisq; animalia subministrantesq; alimenta augeatis, & sumpta rursum recipiatis, uidetur ergo Plato dictum Mosis sic exponere qđ Deus substantias omnes spiritales creauit, ut animas, & eas posuit in stellis tanquam semina & exordia animalium humanorum, & ideo tunc omnino Deus requieuit, qm̄ animabus productis, ac in stellis positis quoties fit hic corporis generatio sic fit & ibi animæ rōnalis descensus, quare tunc Deus in septimo die ab uniuerso opere requieuit Quod est Augustinus in glosa illius verbi requieuit in die septimo ait ꝙ, Deus requieuit post diem septimum ab omni opere suo i. creationis distinctionis & ornatus. ergo amplius nihil remanet creandū. Adhuc Damascenus in. 3. capi. secundi libri inquit, ego autem Gregorio theologo consentio, dicebat enim primo intellectualem substantiam creari, & ita sensibilem consequenter quare &c. Præterea Salomon inquit, puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus ueni ad corpus incoinquinatum. Si ergo anima sic bona ad corpus uenit, ergo ipsa fuit ante corpus. Rursum Macrobius in. 1. lib. idem ponit, opinatur enim duas esse cœli partes vnā deorum alteram animarum in cancro .s. & capricorno, per quarum alteram animę ad corpus descendebant. Et ibidem inquit animæ beatæ ab omnicunq; contagione coporis libere cœlum possident & reliqua. Item et Pythagoras idem dicere videtur, credit enim a lacteo circulo deorsum incipere dios i. Plutonis Imperium, qa animæ inde lapsæ, uidentur iam a superis recessisse, ideo primum nascentibus afferri ad lactis alimoniam, quia primus eorum motus a lacteo incipit, & ita corpora terrena habentibus. Iterum Theophra. in quinta particula naturalium qōnum hoc est in. 2. lib. de anima glosans uerbum Ari. 16. de animalibus cum inquit, restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat, ait porro quod dicitur mentem extrinsecus accedere non ita statuendum est vt qui uere appositus inuentusque habeatur, sed ut qui statim ab ortu quasi comprehendere nos, complectiq; soleat: ecce quomodo non ponit mentem accipere esse simul cum corpore, sed antecedere corpus, & in fine ortꝰ illam ponit nos comprehendere, ut suo loco dicetur. Item Themistius in primo suæ paraphrasis capi. 23. ait, ut enim nihil uetat duas haberi perfectiones perspicui corporis quarum perfectior una sit sol, altera imperfe-

ctior lumen, ita dici de anima potest nihil obstare duas esse animalium formas, quarum vna perfectior sit ut aïa ea quæ foris est, altera imperfectior ut ea quę intus ad singulas pertinet, hanc igitur animam quam tu uitem vocas animam ego nūcupo inseparabilem & indiuiduam corpori, eoque dissipabilem atque mortalem, nō quidem absolute simpliciter, sed eo modo quo lumen in aqua & reliqua, ecce quomodo Themistii rōnalem aïam ponit ante corpus, quemadmodum sol ante illuminationem, vitam autem ab illa effluxam simul cum corpore ordiri atque dissipari ait. Quod quomodo sit in opīone Themistij & Plotini forte enucleabitur. Iterum, Iāblicus ac Plotinus ī primo quarte eneadis disputat quomodo anima rōnalis ante descensum in corpus & post rōcinetur & concludit eā rōcinari utroque modo. s. ante & post corporis recessum, immo est tūc adeo efficax & expedita, ut dicit, ut quę sibi porrigūtur ab intellu comphēdat sine tempore, & tu uide uerba eius in cap. 18. Vltimo sicut secunda propositione dicitur de causis esse vero quod est post æternitatem; & supra tempus est anima, quæ est in oriçonte æternitatis inferius, & supra tempus, ergo nec tempore, nec æternitate mensuratur anima rationalis, ergo æuo. ergo oportet, ut ante corpus sit facta. Quod quidem igitur rationalis anima non cum corpore, uel aliquo corporis incipiat, uel desinat, hi testati sunt philosophi ac ueteres.

## *In quo inducuntur rationes latinorum ad opinionem expositam.* Caput. 16.

PRimus latinorum expositor Thomas. s. aduersus eos quatuor inducit rōnes in suis libris, quas breuiter enarrare opus est et prima quidem ratio potest in hunc modum ordiri. Si rōnalis anima fuit ante corpus, uel quidem creata uel increata, & dicere ipsam increatam est error etiam sm peripateticos, nulla enim est intelligentia liberata a materia prçter primam, quod non ob aliud est, nisi quia quælibet ex prima deficit, qñ ab ea fit, ut dictum est in libro. d. destructionum Auer quod nos commentati sumus. Si creata uel completa in specie uel incompleta. Siquidem incompleta, hoc ē et error etiam qm̄ nihil imperfectum ex Deo est immediate maxime. Quod Moses testatur & inquit, uiditque Deus cunctaque fecerat, & erant ualde bona. i. perfecta, quod & Plato accepit in thimæo & Aristote. etiam ait Deus & nā, nec deficiunt in necessarijs, nec abundant in superfluis. Si uero completa in specie, tunc ex anima & corpore non fieret uere unum, quod Arist. destruit ī 2. de anima, quod & Auer. in commento etiam reddit rationem & inquit quod ex duobus entibus actu vltimo, & completo, non fit unum magis quam ligatum ex duobus s. ligno & homine. Secunda rō quam etiam tangit Auicē. est a quo anima rōnalis habet esse diuersum, ab eodem & in eodem debet oriri, sed rōnalis anima non habet esse diuersum nisi a materia, ergo in materia habet fieri, & non ante materiam, & hoc Themistius etiam tangit in primo suæ paraphrasis de anima, cap 23 inquit. Sed qualis obsecro animarum illarum sortitio fuerit qualis differentia quæ secretio si omnia quæ eadem specie sunt participatione materiæ distinguuntur ex materia discrimen & differentiam obtinent. Tertia rō, anima sensitiua cum corpore & in corpore fit sed intellectiua est sensitiua saltem sm rem ergo & intellectiua in corpore & cum corpore fieri debet. Quarta rō fortissima est. Si anima fuit prius creata quæritur de causa unionis quam hodie facit ad hoc corpus, uel est uoluntas animæ. Nec potest esse ex appetitu ex circuitu annorum ei aduenienti corpori adhærendi. Nec potest fingi hoc esse, ex voluntate Dei. Primum quidem destruitur ex hoc, quoniam in potestate rationalis animæ nō est recedere a corpore quando volet, ergo nec in potestate sua erit accedere. Nec secundum dici potest, nam ea quæ certo spatio secundum naturam aguntur ad motum cœli reducuntur, sicut ad causam per quod temporum spatia mensurantur, modo rōnales animæ non subiacent motibus cœlestibus. Nec tertium dici potest, quoniam uel ad earum perfectionem hoc fecit, uel ad earum penam, nō primum, quoniam non fuisset ratio quare absque corpore crearentur. Nec secundum quia tunc institutio naturalium ex spiritualibus & corporalibus substantijs esset per accidens & non ex Dei prima intentione, hæc sunt rationes huius uiri. Post has quatuor melius inducantur tres aliæ, quarum duæ colliguntur ex Auic. & tertia ex Tolletano, & harum duarum Auicen. prima tacta est a Thoma, sed multum diminute, potest ergo sic ordiri. Si rationalis anima est ante corpus, aut est una, aut multæ, est enim prima entis dictio. Si una tunc ex una numero substantia animarentur omnia uiua, & hoc esse non posset, nisi altero duorum modorū, aut una & eadem numero anima esset in omnibus animatis corporibus quod falsum est ut dicam, aut quod omnes animæ essent partes illius, quemadmodum quidam Platonici dicunt: animas particulares animalium esse partes animæ mundi quemadmodum corpus hominis ac animalis pars est corporis mundi, quod falsum est; tunc enim oporteret quod in cuiuslibet animati corporis generatione descenderet pars illius, quod ridiculum est. Si uero rationales animę sunt multæ ante corpus, uel igitur multitudine essentiali uel accidentali, uel ex causa. s. causali, non potest esse essentialis, quoniam omnes animæ rationales sunt unius diffinitionis, ut ex operatione unius rationis in qualibet ostenditur. Si dicatur quod huiusmodi est causalis, contra, quoniam uel ex intrinseca. s. materia uel extrinseca. s. agente, non materia, quoniam nec in se materiam habent, nec cum materia concreatæ sunt, nec per respectus ad corpora, & ꝓpter hoc non potest fieri, nisi duobus modis. s. quod uel ante corpus fuerunt omnes animæ, una solum: quæ per generationem diuiduntur per partes, quod destructum est, aut per respectum ad corpus, & hoc uel id corpus, ad quod respectum habet erit actu uel potentia: si actu, tunc oporteret quod omnia corpora essent simul facta, sicut & animę contra sensum: si in potentia, contra id quod est in potētia materiali tantum, est contingens possibile. s. non fieri, ponamus ergo quod non fiat, tunc non erit respectus ad ipsum ergo anima ipsa, non erit una per respectum illum Si autem dicatur: quod multitudo hæc est ex causa extrinseca diuidente, hoc nihil est, ab extrinseco enim, neque res est una, nec multa, unum enim & multitudo sunt in his quæ sunt. Nec potest dici quod huiusmodi multitudo fit ab accidente, quia nec s a loco nec a tempore. loco quidem non, quoniam non sunt in loco, tempore uero etiā non, quoniam sunt simul tempore. immo æuo. Si dicatur quod per accidentia spiritualia, hoc nihil est, quoniam non est maior ratio: quare una habeat aliquod eorum, & non altera, ergo uel omnes uel nulla, quia ergo animæ ante corpus, nec una sunt nec multæ, nihil est ergo anima rationalis ante corpus, & si confirmatur secunda ratio Thomæ. Adhuc secundo potest argui aut hæc singularitas competit huic animæ: inquantum anima, aut in eo quod erit uel est huius corporis, si primū, tunc conueniret omni animæ. Si uero secundo modo dicatur tunc singularitas animæ incipit quando incipit esse ī corpore. Sed quando incipit singularitas alicuius, tūc incipit id esse singulare, ergo hæc anima singularis non habet esse ante corpus. Rursum Toletanus arguit: & potest sic ordiri, si anima esset ante corpus, anima esset frustra, quoniam conditio propria animæ est mouere, & uti corpore, ut ex diffinitione eius constat, quare si nullum esset corpus quo utitur: erit ergo ociosa. Ex his rationibus Thomæ. Auicenn. Albert. Toletani potest positio recitata reprobari, & possunt etiam induci multæ aliæ rationes, contra illam.

*In quo inducuntur, ea quæ. q. faciunt prædi-ctis, & illa quibus ipsi absoluerent argumenta inducta.* *Caput.* 17.

SIquis ergo perfecte omnia inducta, ac poßia induci aduersus eos intueatur, hæc iueniet. q facere maximam. Primum nãq;, cuius nam nãæ sit rõnalis anima ante corporis ingressum. s. an in spẽ completa: an incompleta, est. n. q. hæc multum difficilis iudicio meo. Secũdum horum erit quõ si fuerint multæ ac discretę distinguantur, ac numerẽtur, cum enumerati sunt oẽs modi quibus intelligi possunt numerationes, quorum nullus reperiri põt in animabus. Si vero vna sit cunctis aĩa, quõ poterit aĩare tot uiua ac esse aĩa tot uiuentium. Tertium in quo laborãt etiam Platonici, vt ex eorum discrepãtia clarum est, quõ rõnalis aĩa corpori uniatur, & cur hoc tpe magis ꝙ alio tempore, & cur huic corpori magis ꝙ alteri &c. Quartum & vltimum an aĩa rõnalis descẽdat ad corpus vero motu an remaneat in suo priori statu an imperficiatur propter corpus aĩare, hmõi. n. sunt qõnes maximæ, quæ possunt accidere opioni illorum: & quia hmõi oĩa apertissime tractabũtur non expedit nũc sermonem facere ꝓlixum, verum vt videatur adhuc põ illorum bonum est inducere ea quę isti dicũt, sic. n. dictis ac expositis facilius in posterioribus intelligẽtur ea quæ opponuntur ipsis. Nec propter hoc debet accipi aliquid determinatum, uel a me, uel ipsis: qm̃ omnia hæc quæ dicam vlteriori egent tractatu.

AD primam igitur qõnem oẽs illi philosophi concordes sunt dicentes rõnalem animam ante corporis ingressum esse in spẽ propria completam: ac nihil deficere sibi suæ spẽi, primo & per se, tamen in hanc perfectionẽ diuersi sunt, Platonici n. opinantur animam rõnalem nec esse eiusdem spẽi cum intelligentijs, nec cum demonibus, sed esse proprium gradum animarum, in quo animæ rõnales sunt plures eiusdem essentialis perfectionis, numero tamen secretas, ac differentes. Et quia perfectio uniuscuiusq; naturę intellectualis tribus completur. s. diuorum contemplatione. Rerum mãlium inspectione, indiuiduorum & sensibilium accurata cognitione, ideo Platonici, ut Plotinus Iamblicus Porphyrius et alij tres ponunt rõnalis animæ gradus, intellectum. s. rõnem seu mentem & imaginationem, & ab intellectu mẽtem seu rõnem ratione imaginationem effluere aiunt, intellectum quidem ponunt animæ rõnalis gradum, ut sit locus diuorum intelligibilium: rõnem uero ut locus sit rõnum idealium & vniuersalium generabilium. Imaginationem vero vt locus sit formarum imaginabilium, & inde completa fuit substantia ꝟm speciem uniuscuiusq; rationalis animæ. Theophrastus autem Themistius & Auer. rationalem animam ponunt unam intelligẽtiam in specie completam, quo ad operationem primam quę ei accidit inquantum intelligentia, & quia duo erant genera scibilium. s. separatorum & generabiliũ, ideo duos gradus apponunt in ea, alterum quidem quem agentẽ appellãt intellectum, quo intelligentia illa substantias separatas contemplatur ꝟm modum dicendi in opinionibus istorum, alterum uero quo vniuersalia materialia intuetur intellectum. s. possibilem dicentes esse & inde specificam ac totalem perfectionem eam habere dicunt, sed quantum hi differant & quantum conueniant loco suo dicetur. Pythagoricorum autem plures: ut Proculus & alij opinantur animam rationalem esse ante corpus, nunquam tamen esse sine aliquo corpore, & ideo eam incompletam esse in sui ortu dicunt, complementũ uero accepisse, eo quia ĩfinities corpora agressa et ex eis regressa est, quid ergo dicant in prima qõne antiqui hęc sunt. s. in typo dicta.

QVANTVM ad secũdam qõnem adhuc secreti sunt, Them. n. & Theophrastus unicam animam omnium uiuentium ponunt, quæ mundi anima dicit̃, hæc enim velut sol cunctis perspicuis illuminationes ꝑbet sic & huius mundi anima velut semen vlr̃ omnibus uiuentibus aĩationem uel uitam vel aĩam ꝑbet oẽm. inquit. n. Them. sed qui hoc uolũt primum id mihi rñdeant, statuant in oĩbus aĩalibus an in solo hoĩe singulas accõmodari aĩas, quæ separate tamen abiunctæq; habeantur & Hercules id in oĩbus aĩalibus defendere fabulæ & nugę meræ, quid. n deridiculosius dici ex cogitari ve põt quã separatas esse aĩas pulicum, quæ uitam pulicibus afferãt: ecce quomodo nõ ponit aĩalium brutorum formas seu separatas aĩas & tũc ambigit de hoĩbus, an tot aĩę. quot hoĩes separatæ & inquit, dices in uno hoĩe singulas singulis distributas, easq; Procul a singulis esse cui obijcit et inquit sed qualis obsecro illarum aĩarum sorticio fuerit, quæ dñia, quæ discretio, si oĩa quæ eadem spẽ sunt participatione mãæ distinguuntur, ex mã discrimen & differentiam obtinent, & sic vult omnium hominum esse unicam animam, quæ apud eos & aĩa mundi dr̃ prout est uelut semen a quo oĩa viua animationem suscipiunt & intellectus dicitur hominis, quia ut dicit ibidem vim intelligendi aĩæ immittat & influat &c. & tunc uerificãtur dicta Platonis in Thimæo cum dicit, aĩam autem in eius medio collocauit quæ per totum tendit, atq; ea corpus ipsum etiam extrinsecus circuntexit, hæc. n. mundi anima, quæ dicitur mundi, cum sit vl'iter viuificans omnia uiua, oĩbus animantibus animationem & uitam prębens, in medio sita est non quidem loco & situ, cum spiritalis sit natura nihil loci obtinens, sed uirtute & potentia: quemadmodum rex in medio locatur ciuitatis, ut ꝑ totam ciuitatem diametral'r distando nulli deficiat, uerificatur etiam verbum ibidem, quando dicit, ego vobis semen & initium tradam, uos cætera exequi par est &c. huiusmodi. n. anima semen est & initium omnium natura constantium prout cunctis uitam & formam prębet, quemadmodum enim prima mã in se formam habet corporis, in qua potentialiter ꝟm esse confusum & imperfectum omnes perfectiones continentur, sic in omnibus uiribus omnium agentium decet esse mundi formam, apud Platonem, quæ sit uelut semen & principium continens in sua uirtute omnes formas, & oẽs operationes omnium formarum, uerificantur etiam dicta Arist. per hoc ut Themistius ostendit ibidem. d. enim Ari. Sed animam illam unicam, neq; quærere, neq; finire, sed animã hoĩs aĩam equi aĩam bouis, quas siue quis uitas aĩationes, siue animas appellet nihil pugnauerit Aris. Ecce quomodo Aris. ꝟm Them. non illam aĩam definit quæ omnibus unica: hoĩbus uero ĩtellectus est, sed animationem, seu alio modo animam, secundam dicit esse actum primum, ꝓpter ꝙ uerificatur aliud verbum Arist. cum dicit. Amplius immediatum si sit corporis actus anima sicut nauta nauis, loquitur. n. ibi ꝟm Them. de anima q̃ unica est omnibus, hominibus uero intell's, eodem modo, & uerbum aliud uerificandum apud Themistium vr̃ ꝙ hoc sit aliud genus anime, & hoc solum contingere separari: sicut perpetuum a corruptibili, loquitur. n. ibi de huiusmodi anima quæ unica & vl'is est omnibus licet hominibus intell's dicatur, quæ re uera ꝟm ipsum alterum est genus animæ, cum non sit actus corporis, sed utens corpore uiuo: ꝟm conditionem suæ formæ, & separabile ut perpetuum. i. sol a corruptibili. i. illuminatione perspicui, hæc est opinio Themistii & Theophrasti. Auer. autem conueniens cum eis in unitate animæ rationalis omnibus hominibus discrepare uidetur in multis, quæ suo loco accurate lucideq; enarrabuntur. Alij autem ut Plotinus. Por. Origenes, Iamblicus, & omnes Platonici dixere hominum rationales animas esse tot numero quot homines quæ omnibus hominibus uitã præbent, ut Themistius dicit, pro animationibus brutalium animalium uolunt sufficere animam mundi, seu sphæræ, multiplicant igitur rationales animas ac intellectus, ut suo loco melius tibi aperietur. non autem brutorum animas separatas ponunt, quemadmodum recte

Themistius etiam cum eis ait, quæ uitas ac animas prębeant, cum p illis aïa sphæræ sat. Sed quibus distinguuntur hmõi aię multum difficile vr, Them. n. ac Auer. nescientes drĩas inuenire in vnitatem lapsi sunt. Propterea Plotinus magnam fecit q. in quarta Eneade & qd certi dicat nõ habemus. Vr ergo mihi cum protestu dicẽdum aliter, ꝙ aïarum rõnabilium distõ sumitur vel ex parte earum, uel ex parte nr̃a si quidem ex parte earum dicit Proclus ac Plotinus rõnales aïas non esse differẽtes externis terminis, uel accñtalibus differẽtijs, nec mã, nec agẽte, nec alijs extrinsecis sed terminis internis, quos cõditiones appellat indiuiduales ac ꝓprietates & modos, & qñ homo recte & ad summum considerat rñsionem eorum reducere nõ põt nisi ad quorũdam modernorũ sñiam. s. aïas separatas differre hypostatica ꝓprietate, q̃ a q̃busdam hæcheitas dr̃, a qbusdam affectio: a quibusdam existentia: sed quomodocũq; vis eam appellare in noïe nõ sit qõ, sat sit ꝙ quẽadmodum spẽs differũt drĩa essentiali: quæ est pars quidditatis spẽi, sic indiuiduæ illæ aïæ ꝓprijs ĩdiuidualib⁹ differẽtijs secretæ sunt, q̃ nõ sunt partes qdditatis indiuiduorum cum indiuidua qdditatem nõ habeãt & inde hmõi distõ dici põt accñtalis nõ quidem ab accñtalibus forinsece actionibus entibus, sed a ꝓprietatibus, quæ nõ sunt essentia indiuidui, nec pars essentiæ. Si uero ex parte nr̃a, illa distõ nõ cognoscitur nisi qñ sunt in corporibus diuersis, illisq; utẽtes ad diuersa opera, tũc n. ut Plotinus ait, aïa Socratis altera apparet ab aïa Platonis nõ ꝙ antea hmõi distõnẽ nõ habeant sed illum habitum in corporibus diuersis manifestãt, ut patet in eis. Reliquum mõ est declarare quo nam mõ rõnalis aïa corpori uniatur. Et cur magis hoc tpe q̃ altero, Et cur huic corpori magis q̃ alteri, quæ in quarta tangebãtur qõne, hęc quidem. n. difficilia sunt, & meli⁹ dicẽtur post nunc aũt ut dicta illa aliqual'r sint principia ad altiora, oportet ut hoc modo exponatur. Primo ergo debes scire apud Platonicos nõ esse aïam in corpore: sed potius corpus in aïa, nõ. n. ipsa aïa in corpore est, sicut in loco, nec ut pars in toto, nec totum in partibus, nec ut qualitas in substantia, nec ut spẽs ac forma in mã ut longa declaratione ostẽdunt, sed corpus est tamẽ aïa ut in uiuificãte cõphendente mouenteq; stabili, & hoc Theophrastus ait, exponens uerbum Arist. qui inquit mentem extrinsecus accedere, nõ ita statuẽdum est inqt ut qui uere appositus inuectusq; habeatur, sed ut qui statim ab ortu quasi cõphendat nos complectiq; soleat.

Cõcedunt tamen aïam rõnalem adesse corpori, seu adhærere corpori, nõ quidẽ inesse uel inhærere, sed dicunt rõnalem animam adesse corpori, quemadmodum motor adest instr̃o, anima n. ipsa rõnalis & corpus aïale, ꝙ aïal dicitur humanum non faciũt unum sicut mã & forma, sed quemadmodum artifex & instr̃m, est. n. instr̃m pura quodammodo mã, & quodammodo formatum ab artifice sic & aïa uelut ars est: & aïal humanum. s. cõpositum ex aiatione illa & mã, est tanq̃ instr̃m quo vtitur aïa ꝓ sui opere. Et cum dicebatur, cur magis hoc tẽpore q̃ priori dõm ꝙ factis oïb⁹ dispõnib⁹ q̃litatiuis & q̃titatiuis in embrione sufficiẽ ꝓ uita aïalis humani rõnalis aïa, necessitate nãli, ex suppõne corpus id uiuificat eo quia tũc tales dispões, & nõ prius qñ. n. tũc sunt hmõi dispões, tunc erit ab anima tali, talis realis aiatio, et qñ est talis determinata aïatio, tũc erit tale aïal humanum uiuum reductum in forma instr̃i illius hmõi aïæ, & qñ sic est rõnalis anima illa aderit illi aïali tãq̃ ars instr̃o, erit ergo tũc instr̃m in aïa & ecõtra, diuersis modis: rõnalis quidem tanq̃ motor utens illo aïali, animal autem id in rõnali anima tanq̃ in uiuificante & comprehendente.

Et cum dicebatur cur magis huic mãæ p̃bet aiationem q̃ alteri, etiam patet sol. quemadmodum n. aliud est instrumentum pro uno hoïe aptum, aliud pro altero et si spẽ idem sint, ex proprijs differentiis indiuidualibus, sic inductis talibus dispõnibus qualitatiuis & q̃titatiuis aïa illa, potius mãm sic aptam animat q̃ alteram, propter affinitatem ad suam ꝓprietatem indiuiduam Quomodo quidẽ igitur aïa rõnalis ẽm hos unitur quomodoq; & cur magis hoc tempore q̃ alio, & cur magis huic corpori q̃ alteri, tanta dicta sint, posterius autem replicabuntur latius omnia hęc, & quæ sunt reprobãda reprobabuntur, quę autem approbanda approbabuntur.

Sunt enim & aduersus talia adhuc qões innumerabiles, quæ suo loco tangentur. Tunc ad rões Latinorum aduersus hos facile rñderent, prima quidem soluta ẽ ex Themistii uerbis non. n. Aris. cum dicit ex anima & corpore fieri unum intelligit ex aïa rõnali & mã cum rõnalem aïam non diffinit, ut Them. dixit, sed aïationem, q̃ a Platonicis anima secunda dr̃, a peripateticis actus primus corporis a qua diffõne exclusam intendit Aris. rõnalem nisi ẽm ęquiuocationẽ nominis utendo ly (actus primus) ꝓ vtente & non inhærente, ut Simplicius exponit, quod quomodo sit in. 2. de anima in commento meo declaratur. Ad secũdam quoq; Auic. q. sol. patet animæ. n. separatę nec accidente, nec capite, nec essentiali drĩa secretę sunt, sed ꝓprietatibus indiuiduis, quas inter nos terminos appellant Platonici, quos Them. ac Auer. ignorant possunt autem dici accidẽtia ad sensum inductum, ꝙ quomodo uerificatur loco eius tractabitur. Et sic etiam soluitur illa longa rõ Auic. & Toletani, & aliorum plurium ad põnem illam arguentium. Tertiam uero. q. absoluas. s. uegetalem sensilem, & aïationem intellectualem unam esse rem in subiecto, in corpore uiuo aïali humano, & nõ cum rõnali aïa, quę (ut Platonice loquar) homo dr̃. Quartam etiam soluere potes ex vltimo dictis, rõnalis. n. aïa corpus uiuificat necessitate naturę: non simpl'r, sed ex suppõne, quẽadmodum & De⁹ ẽm nos necessitate ordinis nãæ etiam animam rõnalem p̃bet corpori in Deo, ut sequar complemẽtum nãę cur hoc tempore, & cur huic corpori patet: utrum autem hmõi aiatio aïalis humani sit gnãtio an creatio formę in mã, & quid agens nãle facit in gnãtione qũo pp hoc aïa rõnalis hoï unitur, posteri⁹ dicam vbi an rõnalis anima forma sit corporis humani retractabo sph ro. n. inducere argumenta probantia ꝙ sic fortissima, nũc vero in tantum pro determinatione sit dictum, rõnales aïas esse simul cũ corporibus factas, ẽm modũ quem dicã post.

## *In quo soluuntur rões Platonicorum probantes animas ante corpus esse factas.* Caput. 18.

Quemadmodum dixi hoc in loco, ut excitetur sermo. suspitio Platonicorum narrata est: ac in parte defensata: sed qa eam retractare expedit loco eius, ne argumenta eorum nobis obstent, expedit ea absoluere, cum nihil necessitatis cõtineant, tunc nãq; nobis locus non aderit, nisi repugnare argumentis fortissimis aduersus illam prima itaq; rõ non concludit, maior. n debet intelligi sicq; ꝙ omnis forma añs q̃titatem & cõtrarietatem antecedit corpus ẽm esse, non autem ẽm tẽpus. i non educitur de potentia corporis: sed magis est causa essendi ipsi corpori, al'r maior est falsa: nec uolo ꝙ rõnalis anima simul nã cum corpore facta sit, sed prius nã creata, & in secũdo signo infusa. Secũda ẽt rõ Gregorij nihil concludit, maior uera esset, qñ in corpore fieret, & ẽm esse dependeret ad corpus, cuius minor falsa est, cum rõnalis aïa, nec in fieri, nec in esse ad corpus depẽdeat. Tertia etiam rõ nulla est, qm̃ maior falsa est, verum. n. est, ꝙ nulla suba supra nãm, debet esse a nã vel simul cum nã per depẽdẽtiam ad nãm, sed ꝙ sit simul facta cum ente nãli, hoc nõ est impoẽ. Quarta rõ etiam nihil ualet, debet. n. maior intelligi de forma cuius ẽẽ est cõpletum in spẽ, cuiusmodi est intellĩa mouẽs stellã, modo nõ est sic de intellectiua aïa, & hmõi rõ plus declarabitur loco eius. Quinta rõ debet intelligi quantum ad spẽs, nũquam enim mundus priuatis fuit spẽ animę rõnalis: cum quo tamen stat nõ esse in mundo tot rõnales animas, quot possunt esse, qm̃ licet una numero anima sit

sit perspectior tota specie leonis, tñ indiuiduum non est ita de intentione vniuersi sicut spẽs, sufficit ergo ꝙ spẽi rõnalis aiæ semper sit aliqd' indiuiduum. Sexta etiã rõ nihil est, qm̃ intelligentia et rõnalis aĩa simpl'r nõ sunt vnius nãæ, qm̃ intelligentia est completa in spẽ, & ppea in cœlo debet fieri tanq̃ in loco idoneo suæ creationis. Sed aĩa rõnalis cum sit pars corporis physici, & ita ĩperfecta decebat, vt Auicẽ. ait, vt in corpore crearetur, accipiendo complementum ab illo, deinde ĩ cœlo pma neret. Septima ẽt soluitur, qm̃ rõnalis aĩa, & si sit q̃libet corpore simplicior, quia tñ est corpis physici in me dio exñtis perfectio, & actus, iõ in medio debet eẽ creata, debet ergo maior intelligi de suba simplici, q̃ non est actus alterius. Octaua soluit. qm̃ maior habet instantiam graue. n. genitum in medio regionis nãl'r descendit ad centrum, & tñ ibi genitum non est, iõ maior debet intelligi de re, quæ non habet nisi vnã solam pfectionẽ, modo ĩ proposito rõnalis aĩa primo habet perfectionẽ in corpore, a quo accipit esse completum in spẽ. Scđo et principal'r perfectionẽ habet in contemplatione subarũ separatarum, & hanc 2. attingit, & sic argm̃ nullum ẽ.

Nona ẽt rõ nihil est, qm̃ añs debet intelligi de creatione terminata ad rem completam in spẽ, & iõ creatio ĩtelligẽtiæ præcedit tpe gñonem corporis, sed creatio rõnalis aiæ terminatur ad rẽ, quæ est pars physici corpis, quæ ₰m se perfectionem aliq̃ sumit a corpore, & ideo non oportet, ut sit prior tpe creatione, et gñone corpis, sed sufficit, vt sit prius nã, & ₰m quosdam. Ex his pspicuum est rõnes Platonicorum non concludere ꝯ veritatem nr̃æ fidei. Sed authoritates sapientium inductæ in cap. posteriori partim sunt glosandę, partim negãdę. Illis. n authoritatibus hęresis quorundam manicheorum effluxit, dicentium aĩas descendere per septem circulos, & in quolibet sibi deponere vnum corpus, & simul mori, & postea detrudi in hanc vitam mortalem, ĩ qua ẽt transformantur in multa corpora, vt ipsi dicunt, & tandem reascendent & reinduent corpora, quæ ĩ circulis septem inferioribus, &. 8. superiori lacteo relinquerunt, & hanc esse mentem Platonis dicunt, & hmõi ĩtelligere Platonem dicunt, qñ inquit aĩas virorum, qñq; in fœminas, qñq; in bestias. Si n. iustitiam hic nõ seruãt ex corporibus virorum in fœminas ingredi dicunt, & si. ..ẽt iustitiam non seruant amplius, et in pecudes, q̃ fit vt expurgatæ redeant in lacteum circulum, eo ordine quo descenderunt, & hoc Origenes confirmat. Iãblícus aũt Platonis discipulus in idem vr̃ incidere fere, addens tñ aĩas esse duplicis spẽi rõnalis, s. & irrõnalis, et ide dicit transformationem non esse extra spẽm, sed in eadẽ spẽ ad diuersa corpa, ita. s. ꝙ rõnalis aiæ ad diuersa corpora hoĩum transeant, & irrõnales ad diuersa corpora irrõnabilium, q̃ collaudauit ille Grego. Nicenus. Sed hæ fabulæ & nugæ mere esse vñr, nec Porphir. et Theodorus id esse verum ac Platonis mentem esse affirmant, & si Plato qñq; ac Pithagoras & alij visi sunt dicere, nõ id tanq; verum, sed ad terrorem populi, & vt ciues bñ viuerent, illi. n. veritate prophetica nõ illustrati, qua possent regere populum finxerunt fabulas quasdam in populi correctione ac timore, vt Albertus narrat de Pithagora. Ideo dicẽdum veritatem esse rõnales aĩas simul creari cum corporibus, & si non ab aliquo existente in corpore, nec a corpore ipso dependeant. Quod vero Moses dicit intelligendum est Deum requieuisse ab oĩ operæ creationis, per se, & rõne rei creatæ. sicut est creatio intelligentiarum et cœlorum, tñ non requieuit a creatione rõnalis aiæ, immo multa opera post vniuersalem creationem Deus fecit, vt patet. Qđ Plato ẽt dicit nõ Themist. immo id qñocunq; exponitur siue vt Them. siue vt alij, oĩno contradicit veritati fidei, iõ refutamus id vt Albertus ait. Iterum id qđ Aug. ait disputatiuę esse dictum tenet vniuersa schola theologorum, multa enim ait Aug quę post retractauit. Dictum ẽt Damasceni referendum est ad intelligẽtias, q̃tum enim ad hoc ipse consentit Grego. theologo, nec q̃tum ad rationales aĩas. Verbum etiam Salomonis, vt Alber. inquit nõ debet intelligi ipsum sortitum esse aĩam anteq; esset, & qñ dicit puer aũt eram &c non de aduentu aiæ, ₰m esse intelligit, sed per considerationem corporis, & sic aĩa venit. Reliquæ vero authoritates confutandæ sunt, illa vero Aristo. posterius considerabitur, qñ in opinione Arist. loquemur, ex his volo habere rõnales aĩas creatas esse in corporibus nec prius corpore, vt ex solutione argumentorum Platonicorum constat.

*In quo tractatur ultimum membrum secũdum ueritatem.* *Cap.* 19.

Quia sunt quidã qui uolunt firmiter nullas eẽ rationes ad Auer. militãtes, imo dicunt vnionẽ rõnalis animæ ad corpus nõ eẽ nobis traditã, nisi ex fide, & non rõne naturali, quẽadmodũ & nos diu sentire visi sumus, credentes opiõnẽ Auer. falsam eẽ veram, rõnibus naturalibus non cõuincibilẽ, ideo & nunc ꝓpria conscientia moti credimus non tãtum rõnibus naturalibus eã eẽ refellẽdã, sed etiã virorum magnorũ auctoritatibus repugnare, q̃ qualiter sit primo rũsiones, quas diu cõsueuimus dare, inducemus deinde firmioribus argumentis eas refellẽtes nouas adhuc et fortiores rõnes ad eũ apponemꝰ. AD primam itaque Auer. solõnẽ dedit in. 7 phy. auscul tationis. d cognitio fit in nobis, q̃n trãsmutať ꝑ receptionẽ particulariũ, & cõsiderationem eorũ. q̃m cũ cõsideremus particularia, fit & ex hoc cognitio v'lis in nobis, ſm relationẽ ad illa.s. q̃ cũ apud nos fit ex aliqua spẽ plus q̃ vnũ ꝑticulare, statim fit in nobis spẽs v'lis, absque eo q̃ in ipsa fiat trãsmutatio. Vult ergo intell'm nobis cõtinuari, non quia ipse intelligat id quod est in nobis formaliter tãtũ, qa ꝓculdubio a pari paries videret, nec qa vna numero forma recipiať in eo, ac nostris phãtasiis, quẽadmodũ extimat Egidius. Sed q̃m idẽ cõprehẽsum ẽ ab intellectu, ac nr̃a cogitatiua, ab intellectu q̃dẽ v'r a nr̃a vero cogitatiua ꝑticulariter. Quia igiť cõprehẽsum vnũ est vtriq̃, inde vnũ sunt in operatione, quẽadmodũ ars et securis cõtinuãtur in operatione vna, quia ars circa idẽ.s. principal'r, securis vero ad id instral'r, & hoc Aris. sentire vř i. 2. de aĩa lib. dixit.n. Plato in Philebo, & in Sophi. phãtasiã copulationẽ eẽ ex opiõne & sensu. Ad hũc obiiciẽs Aris. assumit h q̃ virtutes cognoscitiuæ nõ alio pacto cõtinuãtur copulanturq̃, nisi q̃n circa idẽ obiectũ se hñt cõprehẽdẽdo id, non enim inquit ex opiõne q̃dẽ albi, ex sensu ãt boni. copulatio fit, & hoc idẽ Auer. cõ. 158. illius luculentius expressit, ad ꝓpositũ igiť intell's, tũ cogitatiue cõtinuať, cũ cogitatiua & ipse idẽ occurrũt subm, verũ hunc modũ continuãdi latius suo loco declarabo. Sed qa ꝓposuimus rõnem oẽm ꝓpositarũ reddere ꝓpinquã primis principiis, ideo aduersus solutionẽ hãc arguamus. Quæcũq̃ seorsum separata ac seiũcta coniungibilia ꝑ aliquod mediũ, nõ fiũt minori vnitate vnũ q̃ sit vnitas illius medii, hãc q̃libet cõcedet, oppositũ.n. ꝑdicati oppositũ infert eius subti. Sed intell's et orbis humanus, sunt seorsum separata ac semota cõiũgibilia ꝑ obiectũ ab vtroque cõprehẽsum.s. ab intellectu & cogitatiua orbis, ergo nõ fiẽt orbis humanus & intell's minus vnũ q̃ sit vnũ obiectũ cõprehẽsum. Tũc vltra, sed cõprehẽsum ab intellectu, vt ab intellectu cõprehẽdiť, ẽ q̃dditas v'lis, v'lr & abstracte cõcepta, ab ipsa vero cogitatiua ẽ q̃dditas indiuidui ꝑticulariter ac signate cõprehensa,

ergo quãta vnitate vl'e & indiuiduũ sunt vnũ, tãta hõ & intell's. Sed vnitas rei vl'is, & rei indiuiduæ, est vnitas formalis ac intrinseca, quod & Auerro. ipse. 1. meta. cõ. 31 sic ostendit. d. innuit ꝙ mistio intẽtionis vl'is subalis cũ pticularibus est fortior mistione accidẽtis cũ subto, qa ẽ mistio formalis essentialis ac qdditatiua, ergo intell's & hõ vniẽtur formaliter essentialiter & qdditatiue, & ꝑ cõseques intellectus est vera forma hoĩs, & hmõi. rõnem ego multũ laudo, & steti forte quatuor diebus in consideratione hac, vt cõfutarẽ respõsionẽ ꝓpositã, & tandem domino concedente, occurrit huiusmodi confutatio.

RVRSVM omnis opatio, siue actiua, siue passiua, q̃ a duobus ꝓuenit cõcretis, cõcretione artis ad instrũm, vel motoris ad mobile. primo ac ĩmediate attingitur ab istrõ q̃ a principali, qđ patet ẽt inductio ne gñõ. n. ignis q̃ fit a calore igneo, & forma ignis ĩmediate attingitur a calore, ab ipsa vero forma attingitur, vt dirigẽte ac regulante, vt secundo testat̃ de aĩa Aris. Simile apparet in ꝓlifica generatione, spma. n. ĩmediatius cõcurrit q̃ pr̃, & vl'r in oĩb' ẽ eodẽ mõ. Sed intelligere nõ prĩo ꝓuenit ab orbe hũano q̃ ab itellectu ĩmo prĩo ab itell'u cũ in eo recipit̃, & in nobis non fit formaliter, vt constat, ergo intell's nõ vnit̃ hoĩ, vt ars instrõ, g̃ ille mod' cõtinuãdi fictio ẽ mera ac nuga.

ITEM omne actu existens ꝑ aliquam formam intelligibilẽ pſentẽ alicui intelligenti, intelligit̃ ab illo, & non eo intelligit, nihil. n. intelligitur nisi ꝑ formã intelligibilẽ præsentem intellectiuo, inq̃tũ intellectiuũ, vt cuilibet sani capitis constat. Sed cogitatiua actuata phãtasmatibus aliquorum indiuiduorum alicuius generis, vel spẽi, est exñs actu ꝑ aliquam formam intelligibilem pſentem intellectui, cogitatiua. n actuata phãtasmatibus indiuiduorum lapidis, ita cõtinet actu formã lapidis sub rõne itelligibilis, quẽadmodũ paries colores sub ratione visibilis, intellectus n. nõ intelligit lapidem nisi pſentatũ per phãtasma indiuidui lapidis, ergo cogitatiua actuata hmõi phãtasmatibus taliũ indiuiduorum, potius ab intellectu intelliger̃ q̃ intellectu intelligat, & sic argm̃ expositoris nr̃i vr̃ hr̃e magnã vim apud intelligentes & nõ potes fugere, dicendo hũc modũ cõtinuationis nõ eẽ mẽtem Auer. qm̃ in tractatu. 3. huius libri tibi oñdã mẽtẽ Auer. non eẽ nisi hãc, & ibidẽ ĩprobabo oẽs alios modos, quos fingunt qdã ad mẽtem eius.

AD secundam principalẽ Ioã. Iãdu. laborauit in qõnib' suis tertii de aĩa, sed vt sol. cõgruã ꝑ positione Auer. assignemus vr̃ nobis Auer. sic absoluẽdũ. q. ꝓpositã ꝙ hõ. s. non est natus intelligere ꝑ oẽm formam abstractã, non. n. per q̃libet intelligentiarum intellectum, sed per abstractũ quod ei fit pſens & indistãs per operationem, quẽadmodum ars instrõ, erit ergo hõ intelligẽs cõstitutum ex rõnali anima, & aĩali humano, quæ a deo colligũtur, ut ab eis ꝓuenit vna operatio intellectiua quẽadmodũ ab arte et securi vna operatio diuisiua, nec sequitur tũc ex nauta pbo & naui ꝓuenire vnam operationem intellectiuã, nauta. n. & si intelligat, non ꝓpter hoc ẽm operationem intellectiuam, cum nauis nõ cogitet indiuiduum vnum uel plura alicuius spẽi uel generis, uerum ex eis fit vnum in operatione nauigea, cũ ab vtroque nauigatio accidat a naui, s. ut organo a nauta, vero, ut arte, vt diximus. Et licet hãc sol. nos diu tenuimus satisfacere illi argumẽto plusq̃ solu Ioã. mõ aduersus eam sic instaremus, non maiori concursu ac ministratione orbis humanus ministrat intellectui ꝑ operatione intellectiua q̃ medium actu lucidum ac intẽtionaliter coloratum visui, hoc patet, qm̃ nullum aliud officium pbet cogitatiua intellectui, nisi inquãtum continet intelligibilia ꝓxima potẽtia præsentia intellectui, & sic mediũ, cõtinet n. actu colorem visibilẽ ꝓxima potẽtia, ut Auer. ait in. 2. de aĩa, cõ. 67. & 74. ergo sunt pp illã ministrationem & officium, ex homine corruptibili & rationali aĩa fit vnum operans operatione vna numero, sic ex potẽtia visiua, & medio sic actuato lumine et colore, fiet vnũ opatione visiua, sed hoc est impossibile in omni doctrina, ergo & id ex quo sequitur, non ergo ex rationali aĩa & homine corruptibili sic cogitanti fiet vnum operatione vna.

Adhuc cuiuslibet motoris separati ꝑ operatione separata instrm̃ debet eẽ separatum, quod ẽt Auer. in multis locis hoc accepit, ut. 8. phy. auscul. cõ. 15. & in. 2. cap. de subã orbis. Sed per ipsum rationalis anima est ars & motor separatus, ergo hõ corruptibilis debet esse separatus, qđ ẽ falsum manifeste, ergo hõ non est instrumentum intellectus, nec intellectus ars uel motor hominis.

AD tertiam principalem olim sic solitus eram dicere ꝙ hominis operatio. v. g. intelligere non est sic ꝓpria ac intrinseca ei, quẽadmodum ignire ipsi igni, operationum ergo aliqua est ꝓpria non intrinseca alicui, ut operatio naufragia ꝓpria quidem est congregato, verum nulli eorum seorsum conuenit, nec inest formę quæ eẽ det alteri parti.

Alia operatio est intrinseca tãtum, non tamẽ ꝓpria, quẽadmodum augeri est homini intrinseca, non tñ hoĩ ꝓpria.

Alia est ꝓpria ac intrinseca, ut particulariter rõcinari, est enim ꝓpria qm̃ oĩ soli ac semper homini inest, intrinseca autem qm̃ a forma sumitur cogitatiua, quæ est vltima forma hominis, dicebam æreo intelligere esse ꝓprium opus hominis: non tamen ei intrinsecum.

SED ꝓculdubio demõstratiue arguamus ad hãc rñsionẽ, & oñdemus intelligere eẽ formaliter ac ꝑ se in nobis id qđ exequimur, omni hora, omni tpe, ẽm nostrũ arbitriũ est formaliter in nobis, negans hãc nullam habebit regulam ꝓbãdi aliquam operationẽ eẽ formaliter in nobis, qđ. n. videre fit in nobis nulla uia ꝓbari põt nisi qa experimur id esse suppositum nr̃o arbitrio. item nec alio possumus credere moueri esse in nobis & breuiter nulla erit methodus ꝓbãdi aliquod operũ esse nostrũ formaliter & pcise, nisi hæc, quare hac negata cessabit oĩs regula. Sed quod intelligamus qñ uolumus Aris. in. 2. & 3. de anima oñdit, & experientia docet manifeste, ergo qui negabit intelligere non esse in nobis, ille est sine intelligere ac sine omni cognitione & quid peius. Præterea sicut in antehabito tractatu argumentati sumus orbis humanus ẽ cõpletus in spẽ per formam ꝓpriam. s. animationem vel cogitatiuã ergo omne adueniens ei erit superfluum & aduentitium consequentiam ꝓbo, forma specifica vltima alicuius constituti perficit id ẽm oẽm operationem specificam ac ꝓpriã cõpetentem suæ speciei, & qui negat hãc nõ haberemus viã ad ꝓbandum virtutes inesse rebus ꝓprias & specificas, sed cogitatiua per auerroistas est vltima perfectio specifica & adæquata homini sic accepto, g̃ cõplet ipsum quãtũ ad oẽm operationem sibi possibilem, ẽm naturam suæ speciei & per consequens omnis alia operatio, q̃ non sibi cõpetit formaliter per cogitatiuam erit superflua aduentitia, & per accidẽs, quẽadmodum edificare erit sibi ꝑ accidẽs, ratione artis sibi accidentaliter & extra spẽm cõpetentis, & sic quẽadmodum calor per se non nisi calefacere habet ꝓpriam ac per se operationem, & ꝓducere subãm tantũ per accidens, sic humanus orbis per se operabitur operatione suæ speciei, & per accidens erit instrm̃ rationalis aĩę, quæ oĩa ab hominibus qui dant se pbiæ debent detestari ac repudiari uehementer. Item ẽm opĩonem omniũ peripateticorum vegetatiua anima completur ad sensitiuã, intãtum ꝙ sensitiua aduenięte cessat vis vegetatiuæ, & tota saluatur in sensitiua, uel igitur in homine sensitiua terminatur ad aliam gradu & genere diuersam aut sistit in se. Si quidem sistit in se, tunc hõ formaliter non est nisi quoddã animal brutale excellens, tñ per quãdam animã sensitiuam excellentiorem aliis animalibus. Si adhuc terminat̃ ad aliam animam ẽm alium gradũ vr̃ illa nisi rationalis intellectiua, nec in dictis Aris. aliquo loco inuenimus alterũ genus, ut in. 16. de animalibus, ac in. 2. de anima constat, semp n tres esse animas genere vegetatiuam. s. sensitiuam & intellectiuam asseuerauit, cogitatiua n. nõ gradu distinguitur a sensitiua, sed tantum nobilitate, imo sicut in. 2. cõstat de anima, in sensitiua multi sunt gradus variati ẽm nobilitatem & ignobilitatem, qui non pp hoc excedũt gen' sensitiuorum, ergo si hõ non transit ad alterũ genus aĩæ tunc erit mere brutum, licet excellens, quemadmodũ forte Pigmeus erit brutum forte nobilissimum, ergo omni-

no hominis sensitiua debet terminari ad rōnalem animā, & sic tātum rationalis erit specifica ac vltima hoīs forma, in qua cessant & terminantur oēs aliæ & hoc argm̄ reputo demonstratiuum apud recte intelligentes quicquid sit de stultis. Amplius, omnis anima alterius generis ac gradus habet operationem alterius generis & gradus a sensitiua, sed cogitatiua non habet operationem alterius gradus nec generis a sensitiua, quod sic constat, sentire enim & phantasiari, & si differant abstractione, non propter hoc phantasiari ponitur in alio genere ꝙ sensus, sed in alia spē similiter & si cogitare differat a phantasiari penes abstractius, & minus abstractum, non propter hoc debet esse alterius generis, cum tota latitudo comprehensiuarum potentiarum talium sit in hoc generali contenta s. in cōprehēdere particulariter, & signate, in quo & si sint multi gradus specifici, non tamen vnus eorum exit terminum illius latitudinis, & hoc Auer. met in .2. de anima, cōmen. 63. dedit intelligere, vbi inquit, & ista intentio indiuisibilis est illa quam distinguit virt⁹ cogitatiua a forma imaginatiua, & expoliat eam ab ea quæ sunt adiuncta cum ea, ex istis sensibilibus communibus & propriis, & reponit eam in rememoratiua, & hæc eadem est illa quam comprehendit imaginatiua, sed imaginatiua comprehendit eam coniunctam illis sensibilibus, ecce quomodo tantum ponit differentiam inter huiusmodi, non penes genus cōprehensi, sed penes modum, qui non variat gradum nec genus animæ vt constat, ꝙ enim cogitatiua idem cōprehendat adæquate ꝙ imaginatiua alio & alio modo, non exit latitudinem sensitiuorum graduum quare totum qđ est infra rationalem animam erit in gradu sensitiuo comprehensum licet sit in extremo illius, & proculdubio hæc omnia ad Auer. demonstrāt, licet ipse non viderit suo tēpore. q. quæ sibi nunc obiiciuntur. Ad quartam solebamus dicere ꝙ maior est falsa, immo de ratione principii motus ac intellectionis est esse separatum magis ꝙ vnitū, quemadmodum Auer. sentire videtur in primo de aīa cōmen. 63. 65. & 66. & huius quidem rationē assignauimus, quoniam vnio formæ ad materiam, nec est dispositio, nec causa, cur motor moueat, vel principium sit operationis in eo cuius ponitur. Et licet hæc sol. primo aspectu videatur salubris, ad ipsam sic obiicerem, omne id per quod aliquod operans est in actu perfecto ac completo est vera forma dans esse illi, & oppositum huius non est intelligibile hac. n. methodo vidimus rationem formæ esse alteram a ratione materiæ, vt peripatetici testantur. Sed id per qđ aliquod operatur & mouetur operatione ac motu formaliter entibus in eo, est id per quod id erit in actu. ergo id tale erit verissima forma illius, minor constat, nullo n. alio scimus aliquod esse in actu ac perfectum, nisi inquantum potest vel actu operatur, vt sæpe sæpius pħi testantur, ergo constant rationalem animam esse vere formam hominis. Rursum omnis operatio per se ac formaliter vna erit ab esse per se vno, quoniam operari præsupponit esse & operatio vna per se præsupponit vnum esse per se, sed moueri & huius operationes, hominis sunt operationes, quarum quælibet per se est vna, ergo & esse operantium erit per se vnum, sunt autem operātia rationalis anima & homo. ergo ex rationali anima & homine fiet vnum per se vera vnitate. Ad quintam dicebamus virtutem separatā esse duorum modorum quædam. s. est cuius operatio est sibi tantum, nec proprio attribuitur subiecto, & de hac verificatur maior argumenti. quædam cuius operatio ē non tantum sibi, sed proprio subiecto commoda, cuiusmodi est rationalis anima, & de huiusmodi maior est falsa. Sed quocunque modo ad hanc sic argueremus. Si rationalis anima trahitur a virtute in corpore, uel hoc est mere naturaliter ac necessario vel contingenter, ꝙ enim lactuca porrecta anseri trahat anserem, non est nisi vel naturaliter vel contingenter, ergo similiter ꝙ rationalis anima trahatur ab appetitu nostro sensitiuo, ac nostro imaginari, vel ē naturaliter, vel contingenter, siquidē erit naturaliter, & omnino necessario, tunc talis anima omnino subditur viribus materialibus, & sic omnino erit virtus comprehēsa a materia, & mole corporea, nihil. n. subditur corpori vel virtuti in corpore, nisi sit corpus vel virtus in corpore, vt ante habito tractatu declarauimus ꝺm Platonis sententiā. Si contingenter igitur stat cogitatiuam operari circa phātasmata, amplius & appetere aliquod & rationalis non concurrat ad huiusce, & sic continuatio rationalis animæ cū corpore non est naturalis, immo penitus cōtingens, cum in arbitrio rationalis animæ sit vniri & continuari & nō continuari, & sic sequentur infinita incommoda, quæ a philosophis sunt improperanda, & hoc argumentum cōsidera, quoniam facit fidem. Ad sextam diximus ꝙ habitus ille acquiritur nobis nō in intellectu, sed in parte memoratiue, quando enim cogitatiua sæpe sæpius cogitauerit in memoria habitus relinquitur, quo intellectus continuabitur nobis sæpe & sæpius ad libitum nostrum, & sic habitus arguit tantum memoriam esse partem nostrā & non rationalem. Sed sine dubio istud non valet. quoniam nos experimur in nobis promptitudinem ac solertiam, non tantum circa sensibilia, sed circa intelligibilia. ergo datur non tantum habitus immemoratiua sensitiua sed intellectu. Adhuc omnis promptitudo ad quam sequitur aliquod esse in aliquo, si formaliter erit in eo, & id sequens formaliter est in eo. hic. n. modus a nullo potest detestari, sed ad habitum nostrum sequitur intellectiuam animam esse in nobis ergo quemadmodum promptitudo erit formaliter in nobis, & id sequens eam erit plusꝙ formaliter in nobis. Ad septimam dicebamus ꝙ homo potest capi dupliciter, vno modo pro orbe, & sic est vn⁹ essentialiter ac per se a cogitatiua quæ est forma generabilis ac corruptibilis, alio modo pro colligato ex intellectu & orbe & sic est vnum per se vnitate qua motor & organum sunt vnum per præsentiam ac indistantiam. Sed hæc responsio friuola est, quoniam ex quibuscunque vnibilibus prouenit operatio, non minus vna ꝙ ex aliis non sunt minori vnitate vnibilia, sed ex intellectu & homine prouenit operatio intellectiua, quæ non est minus vna, q̄ operatio quæcūque prouenit a cogitatiua, & materia hominis, ergo & intellectus & homo non erunt minus vnū q̄ cogitatiua, & materia, ergo si cogitatiua constituit materiam in esse specifico, & homo constituitur ab intellectu eodem modo, maior est manifesta, non enim possumus scire vnionem animæ leonis ad materiam, nisi ex operatione vna per se, hac enim via dempta & secluditur omnis regula concludendi formam vnire materiæ. Minor cōstat, declaratum est enim in libris peripateticorum intelligere & velle esse operationes simplices, ac ita vnas vt nō possit aliqua alia operatio intelligi plus vna. Ad octauam dicebam iam concedentes totum hominem. s. viuere intellectu, non quidem pro actu primo sed actu certe secūdo, quemadmodum & cœlestia animalia intelligere & motu viuunt, ut dictum est in lib. d. d. Sed hæc sol. statim, & videtur contra Aris. & Auer & contra rationem, contra Aris. quidem, quoniam Aris. ostendit intellectum dei esse idem quod intelligibile, & eē sibi sempiternum, et vtitur hoc argumento, vita autem utique existit. i. uiuere est idem & semper cum uiuente, etenim intellectus actus vita, id autem ipse actus est, actus autem quod ꝺm se illius vita optima & sempiterna. ergo ex litera habetur ꝙ vita est idem cum viuo ac semper sibi continua. Tunc sub hac propositione assumam & hanc, sed homo viuit intellectu, ergo & intelligere est idem suo viuere ac suæ aīæ, & per consequens intelligere erit sibi intrinsecū. Amplius & contra Auer. patet, inquit enim Auer. in commē. 38. & ex hoc quidem apparet bene ꝙ Aris. opinatur ꝙ forma hominum in eo ꝙ sunt homines, non est nisi per cōtinuationem eorum cum intellectu, qui declaratur in lib. de aīa esse &c. Ex his constat responsionem esse contra Arist. & Auer. & tu vide. Contra rationem vero, quoniam tres sunt viuentium modi, vegetare. s. sentire ac intelligere, quibus & viua distinguuntur, ergo sicut sentire arguit sensitiuam esse partem viui, uegetare vegetatiuam, ita & in-

telligere aliter non essent vitae nisi valde equiuoce, & sic oportet ꝙ quemadmodum sentire est vita animalis propria ac essentialis, & uegetare vita plantarum propria ac intrinseca, intelligere propria hominibus & essentialis ac intrinseca, nec Aris. alibi posuit aliud genus vitae in nomine, nisi hoc quo ab aliis animalibus distinguitur & plantis, si recte libros eius inspicis. Ad nonam diximus rationale dupliciter accipi, vno modo pro rationali discursu particulari, & sic est non tantum propria homini, imo intrinseca ac essentialis differentia, alio modo pro rationali discursu vniuersali, ut diximus, & sic est propria differētia hominis, non tamen essentialis ac intrinseca, haec responsio fuit Ioan. Iandu in quaestionibus tertii, & multorum ante eum. Sed sine dubio non haec pucrilis est, quod ostenditur primo, omne antecedens proprium, quarto modo est essentialius alicui q̄ id proprium, & hoc omnes concedunt, proprium enim praedicatum est secundi modi, antecedens proprium est ṗpicatum primi modi, accipio hanc ergo maiorem, omne praedicatum primi modi per quod tanquam per medium adaequatum potest demonstrari praedicatum secundi modi de aliqua specie est essentialius & interius ipsi, ꝙ praedicatum secundi modi, nullus enim penitus ignarus potest hanc maiorem negare, sed rationale est praedicatum primi modi de homine, per quod de homine potest demonstrari praedicatum secundi modi. s. risibile, ergo rationale est essentialius, interius ac formalius homini ꝙ risibile, minor patet haec enim est potissima demonstratio, vt omnes dicunt, omnis homo rationalis, omne rationale risibile ergo omnis homo risibilis, & sine dubio est per medium primi modi praedicatum de homine, vt constat. Amplius Aris. in primo topicorum proponit capite. 4. quatuor esse praedicata terminantia problemata topica, quorum duo conuertuntur cū spē. s. diffōne, & proprium, & duo nō. s. genus & accidēs, & declarat. 6. topicorum ꝙ differentia vltima conuertitur cum specie, non tamen est diffinitio, arguo ergo sic, rōnale quocunque modo acceptum cum homine cōuertitur, haec enim conuertitur in terminis. omnis homo rōnalis, & omne rationale homo est: & est necessaria, & per se ergo rationale vel erit proprium, & sic praedicabitur in secundo modo dicendi per se, vel diffinitio vel differentia vltima & quomodocunque, necessario oportet vt sumatur ab essentiali, & propria forma hominis. Rursum Auer 7. meta. c. 43. in calce ait, & ista diuisio cū peruenit ad differentias, quarum numerus est secundum numerū specierum bipedis, manifestum est ꝙ vltima differentia ē, quae est substātia illius speciei solius & sola diffinitio eius, & ꝙ id quod est ante non est substantia propria ei, neque aliquid existens extra animam in actu. Arguo ergo ex his omnis differentia quae numeratur secundum numerū speciei ad quam stat vltima diuisio diffōnis, ac omnium antecedentium, est differentia vltima, ac essentialis, quae est substantia illius speciei solius, & sola diffinitio eius haec est maior quae sumit̃ ex verbo Auer. sed rōnale est quae numeratur, ex numero speciei hominis, aliud enim est rationale in numero ab irrationali quoniam homo & alter est a bruto, & quia homines plures ita & rationabilia plura, ergo & rationalis est vltima differentia hominis essentialis, quae est substantia speciei hominis solius, & sola diffinitio eius, & sic sumitur omnino a forma essentiali hominis, & propria ac substantia eius. Et haec argumēta apud conscientiam meam demonstrant, sicut quaecunque in naturali philosophia cuius signum est ꝙ multi coacti argumento hoc dixerunt intentionem Auer. esse rationalem animam, quae est intellectus possibilis dare esse hominiverum & specificum, & illi vt diximus solum dicunt hoc vt fugiant haec argumenta, nec enim ipsi, nec eorum progenitores possunt soluere argumenta haec, nisi fugiant hoc modo & ego diu cōsideraui si esset aliqua euasio ꝓ Auer. & proculdubio quando bene consideraui non est nisi illa quam isti dicunt, & tunc esset transponere Auer. de opinione in opinionem, & negare omnia dicta eius, & facere nouam opinionem, & hoc non curo, sat mihi sit declarare rationalem animam esse specificam ac vltimam hominis formam, hoc enim quaero tantum, & si contra Auer. uel non hoc est per accidens, dicant itaque quicquid velint. Ad alia argumenta vltimo facta non video quid possint fingere auerroistae, nec hucusque famosa ē aliqua responsio, digna scriptura, ideo & tanq̄ necessaria ac demonstratiua relinquatur. Cum igitur induximus rationes ad Auer. & euasiones pro eo, & vidimus iam ꝙ ab irrationabilitate euadi non potest, verificabimus aperte ac proculdubio eius opinionem esse penitus erroneam, et veritati & dictis propriis contradicere.

*In quo inducuntur uerba Aris. ac aliorum contra errorem praedictum.* *Cap. 21.*

TAmetsi positionem Auerrois plus consonare verbis ac fundamentis antiquorum & maxime Arist. diu crediderim, quod magis in secundo lib. explanabitur, tamen cum rei veritas sit Aris. saltem in hoc quaesito non posuisse planam eius opinionem, uel quia nihil certi habuit, uel qa noluit hoc nobis dicere, vel quia timuit, vel propter alias causas, ideo uisum est mihi ostendere positionem Auer ita videri contra uerba ac Aris. fundamēta, sicut & aliae multae extraneae, & non tantum ad Arist. verum & ad alios antiquos Et ne prolixus sim uidetur ꝙ expositor noster in libro de vnitate intellectus contra Auer ꝙ pulchre ponderans omnia uerba Aristo. quae dicit in secundo de anima, ostendit positionem Auer. ex toto verbis Aris. ibi contradicere, ideo nolui inducere omnia illa cum liber ille communis sit cuilibet & facilis visu, sed inducam solutionem ad o͞ia illa, quae ex verbis Themistii excipitur, in primo paraphrasis de anima, capit 23. cui contradicam, & sic nos videbimur addere aliquid ad ea quae expositor dixit, posset ergo auerroista sic euadere a toto illo capite expositoris. quemadmodū Themi. euadit dicens, deinde illa vnica anima qualis nam erit certe qualiscunque sit ad se Aris. hoc loco pertinere non putat, ait enim se animam illam vnicam, neque quaerere, neque finire, sed animam hominis animam equi, animā bouis, quas siue quis uitas animationesque, siue animas appellet nihil pugnauerit Aris. sed quemadmodum cum lumē definiret, ita lumen est perfectio perspicui corporis, non ipsum solem finibat sed rem quae a sole ꝓdiret, etiam si eadem diffinitio ipsi soli possit competere, ita hoc loco animam finiturus, non ad singularem illam quae tam longe absit a corpore considerationem intēdit, sed ad perfectionem iunctam quae organicis corporib. sua singularis ab illa singulari tribuitur quis forte vtrique vna diffinitio cōueniat ut enim nihil vetat duas haberi perfectiones perspicui corporis, quarum perfectior vna sit sol altera imperfectior lumen, ita dici de anima potest nihil obstare duas eē animalium formas, quarum vna perfectior sit, vt anima ea quae foris est altera imperfectior, ut ea quę intus ad singulas pertinet haec Themi. ex his pōt accipi talis distinctio, ꝙ rationalis anima potest capi dupliciter, vno modo pro anima coniuncta, quae homini speciem ac esse dat, & hanc corruptibilem ac generabilem ponunt graeci, vt Themi. Theophrastus, & Auer. secundo pro anima separata, quae foris manens dicitur a Themistio. quemadmodum perfectio perspicui duplex esse potest. s. sol & lumē, vt dicit. Tunc ex his possunt oēs auctoritates Aristote. glosari ꝙ Aris. quaerit diffinitionem communem omnibus animabus dantibus esse, quae sunt perfectiones intrinsecae, & hoc quaerit per se verum est tamen ꝙ Aris. interponit sermonem quandoque de illa vnica ac singulari separata quoniam videtur ei & aliis competere quodā modo vna diffinitio, licet non analogo, quemadmodum dixit Themi. unam dat diffinitio, luminis Aristo. verum & illa potest etiam soli conuenire, propter quod & de sole potuisse sermonem interponere, & sic Themi. euadere cre

dit,& Auer.etiam,est enim diffinitionem animæ commu nis omnibus animabus,etiam hominis equi, & aliorum quæ sunt perfectiones primæ corporum physicorum,& expositores quemadmodum Simplicius & alii ꝙ sic intelligant verba omnia Arist.afferunt nobis signum, cum enim Aristo.ad finem determinationis primæ ac cõmunissimæ diffinitionis peruenisset,sic ait, ꝙ quidem igitur non sit anima separabilis a corpore, aut partes quædam ipsius,si partibilis apta nata est, nõ immanifestum est qua, rum enim actus est partium ipsarum, at vero secundum quasdam nihil prohibet propter id quod nullius corporis sunt actus ecce ꝙ tanquam manifestum relinquit quasdam species animæ esse actus corporis, & quasdam non, quod si a principio Aris.intellexisset, etiam illam separatam proculdubio diffinitionem quam nunc facit prius fecisset. Et hoc confirmant.subdit enim Aris.amplius autẽ immanifestum est si sit corporis actus, sicut nauta nauis, quod non dubitat de animabus vnitis, sic enim a principio distingueret, sed de illa vna singulari ac seiuncta, vt Themistius dixit, de ea enim non apparet quicquam ex diffinitione,propter quod statim subdit,figuraliter quidẽ igitur sic determinetur & describatur de anima sup. non determinando quot animas.& an diffinitio sibi vniuocæ conueniat,& sic possunt euadere a toto capite illo, & a verbis Aris ac expositoris. Et porro licet hi possint euadere a primo capite 2.lib.de anima, non a reliquis euadere possunt. Aris.enim syllogizat animam esse formã corporis physici, ex argumento hoc secundum expositionẽ Auer.cõ 24.anima aũt hæc quo viuimus sentimus mouemur & intelligimus primo, & omne id quo primo viuimus mouemur sentimus & intelligimus forma, ideo concludit,quare ratio vtique quędam erit & species,ecce quo modo concludit animam esse formam corporis, & certũ est ꝙ non loquitur de anima generali, ea enim non intelligimus primo, sed per accidens ac dispositiue, secundum peripateticorum expositiones, ergo non potest intelligeř verbum suum,nisi de rationali,qua primo,& vniuersaliter intelligimus,& sic erit forma omnino corporis physici ac species & ratio. Rursum cum diuisisset gradus animatorum in quatuor inquit, quibusdam vero adhuc iest & secundum locum motuum, alteris autem intellectiuũ & intellectus,vt hominib⁹, & si aliquod alterum &c vbi Auer.commẽ.29.per intellectiuũ exponit cogitatiuã,per intellectum rationalẽ,dicens & ponamus etiam pro manifesto q. virtus cogitatiua & intellectus existũt in aliis modis animalium &c modo gradus animatorũ est id penes quod variatur species & essentia viuorum vt ex commentatione Simplicii colligitur ergo intellectus erit omnino dans homini speciem ac rationem. Adhuc fortissime cũ dixisset ordinem animarum & graduum esse sicut ordinẽ figurarum,sic ꝙ quẽadmodum prima figura terminatur in secunda,& secũda in tertia,& tertia in quarta &c.adeo ꝙ in quarta sistit & figitur totus ordo primarum, sic & animarum dixit ordinem esse.s. vegetabilem terminari in sensili,sensile in intellectiuum, ibique omnia contineri ac quietari,propter quod subdit alia quidem sensitiuorum habent locum motiuum,alia vero non habent: vltimum autem & minimum rationem habent & intellectum, cuius rationem reddit,quibus enim inest ratiocinatio corruptibilium,his & reliqua omnia &c. vbi Auer.cõ.32.ait complementum autem animalium & finis eorum, qui intenditur in generatione,quem cum natura potuit pertingere stetit,est modus animalium habens virtutem speculatiuam.i.cogitatiuam intelligibilem.i. intellectum possibilem vniuersalem,hic vt inquit stetit generatio ecce quomodo ipsemet innuit intellectum esse rationem ac speciẽ corporis physici vere secundum esse. Si qua ergo ad hos ex verbis Aristo.in secũdo de anima lib. dici possunt, crede mihi hæc sunt & non plura, quæ porro solui non pñt si recte series textus consideretur. Cõsideratis itaque verbis tertii,vt expositor cõsiderat,& verbis 16.libri de aialibus,& verbis secundi physicæ auscultationis ac duodecimi primæ sapientiæ, & breuiter omnibus librorum verbis,quæ ad nos peruenerunt, videř non posse induci verba fortiora his pro nostra positione,uerum expositor conatur reducere multa alia verba Aristo ad nostrũ, quod ego cum nihil necessitatis inspiciam relinquo, tu vero studiosus cum sis considera totum processum expositoris, & hæc quæ hic dixit pauca & repone, quoniam sic veritas inuenietur. Adhuc post hæc Plato visus est sentire positionem hanc,inquit enim in thimeo. De præstantissima igitur animæ nostrę specie,ita est sentiendum, nempe hanc deus,tu demonem nostrum cuique tribuit, hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem a terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potiusquam terreno semine nata,quod quidem recte admodum dicitur. Vnde enim primus animæ datus est ortus,inde diuina vis caput radicem & originem nostram pendentem suspendẽs totum dirigit corpus. B Pla. ꝙ si verba hæc perfecte considerabis rationalem animam formam esse corporis dices. Rursum post hæc & Constabel auctor de differẽtia spiritus & animæ,in eo libri capite vltimo inquit,dicamusque ꝙ prima differentia inter ipsos est ꝙ spiritus est corpus, anima vero incorporea. & spiritus comprehenditur a corpore, anima vero non põt comprehendi a corpore,& spiritus cum separatur a corpore perit,opera autem animæ pereunt a corpore,sed ipsa non perit in seipsa,anima mouet corpus, & præstat ei sensum atque vitam mediante spiritu, quia spiritus operatur hoc absque alia mediatione,anima mouet corpus, & præstat ei uitam,quia prima est causa huius rei, & operař in eo,spiritus vero operatur hoc, & est causa secunda &c. ex his constat propositum. Quod autem de rationali anima loquatur lege residuum,quoniã aperietur tibi & hoc.

Amplius expositor inducit Aui.qui in.6. naturaliũ parte quinta in calce capitis primi sic inquit, intellectus vero actiuus eget corpore & virtutibus corporalibus ad omnes actiones suas, contemplatiuus vero intellectus eget corpore,& virtutibus eius,sed neque semper,neque omni modo,sufficit enim ipsa sibi per seipsum, nihil autẽ horum anima est humana,sed anima est id quod habet alias virtutes,& est sicut postea declarabimus,substantia solitaria.i.per se,quæ habet aptitudinẽ ad actiones & reliqua. Sed quid expedit Auicen.in testem vocare,cum ipse fuerit nostræ positionis non tantum testis, sed auctor,ac maximus defensator,vt in tota illa parte per omnia capita illius disputare videtur, visus est enim ille vir optime positionem hanc fundare,ac porro bene ampleque calumnias ad eam remouere,quare & tu cum studiosus fueris legere non dimittes totum id. Item Algazel Auicẽ.collega subtilis ac profundus in metaphysica eius tractatu de anima vegetabili,& anima humana dictione de sensibus interioribus,prope principium inquit cum mistio elemẽtorum fuerit pulchrioris et perfectioris æqualitatis,qua nihil possit inueniri subtilius & pulchrius, sicut sperma hominis, quod venit in corpus hominis,ex cibis qui sunt subtiliores cibis animalium,& cibis vegetabilium,ex virtutibus, & mineris, quæ sunt pulchriores virtutibus & mineris animalium,tunc fiet apta ad recipiendum a datore formarum pulchriorem formam,formis quæ est anima humana.Hæc ille.nec porro Algazelem expediebat in testem huius veritatis aduocare,cum omnibus illis partibus veritatem hanc non tantum sua auctoritate verum & rationibus confirmat,& id circo tuum sit eum videre. Preterea Isaac Israhelita in lib.quem de diffinitionibus conscripsit inquit,causa finalis hominis spiritualis est, ut animæ cum corpore sint ad hoc vt homini manifestetur veritas rerũ particularium,& determinet inter bonum & malum, & faciat quod expedit uiuens in sanctitate & iustitia quousque remuneretur & coniungatur splendori intelligentiæ, & pulchritudini sapientiæ & reliqua. Inducit & amplius expositor verba Theophrasti, quæ Themistius ponit in tertio suæ paraphrasis de anima,capite.39.rursum & verba Themistii quæ partim capite.26. & partim capite.27. illiusmet

illiusmet ponit quæ proculdubio nihil ad nostram positionem faciunt ut in secundo lib. huius demonstrabo, vbi positiones omnes in typo resumam, uidentur enim sonare primo aspectu id quod nos ponimus, propter latentiā verbi quod nos capimus (dare eē) hoc enim uerbum in æquiuoco valde accedit, tum apud peripateticos, tum & apud Platonicos, ut quandoque in ante habitis dictū est a nobis, & amplius dicemus, quod vero de Alexā. inquit pace sua nihil est, omnes enim expositores positionem eā Alex. ascribunt, quemadmodum Themistius Simplicius Ioan. grammaticus & omnes arabes, & proculdubio in paraphraxi eius de anima nostris tēporibus translata ab erudito uiro Hieronymo donato apparet in principio illius fere totum hoc. Si quæ ergo bonę auctoritates possunt induci & planæ hæ sunt nec plures inducerē expedit, cum hoc genus arguendi infirmum sit argumentum ut constat.

*In quo narratur nostra positio de modo quo anima vnitur, & quo in corpore separatur, & quantum habet de eleuatione & immersione in corpore ac materia.*

Cap. 22.

ET cum hactenus positionem induximus Auerrois: fundamentisque eius eam quantum potuit confirmari iuuauimus, contradiximus & ei rationibus, tum & verbis sapientum, modo expedit nostram positionem narrare. s. quo modo rationalis anima forma sit corporis, ac quantum corpori immergat, quātumque ab eo eleuetur, quo fideliter ac lucide exposito ꝓculdubio motiua Auerroistica ascindētur ad nos inducta, & veritas nostra sic in toto remanebit illesa. Dicimus igitur genus formarum tripartitum esse, quædam. n. proculdubio formæ sunt, quæ & secundum esse, & secundum functionē sui officii, ac secundum opus se in corpore immergunt, ac a corpore penitus cōprehenduntur, quemadmodum elementorum sunt formæ, huiusmodi quippe formæ tanto constituuntur per corpus ac materiam, ꝙ non modo esse: verum nec operari possunt sine corpore ac materia. Sūt & aliæ porro formæ, quæ & secundum esse, & secūdum opus corpus ac materiam excedunt, ab eisque eleuantur; quemadmodum animæ sunt animalium cœlestium, hæ quidem enim a magnitudine non comprehenduntur, nec a corpore constituuntur, verum, vt peripatetice loquar, corpus constituunt, ac agunt, nisi quispiam has in officio secundo a corpore dependere obiiciat. Quod nos concedimus intelligentes eas solutas esse saltem secūdum operationem primam quam suo loco commentabimur. Et cum vniuersaliter maxime extremorum communi cursu media cadant, probabile est harum formarū in extremo medias esse, quæ partim se in materiam immergunt, ac partim ab ea soluuntur, cuius quidem generis rationales sunt animæ, hæ quidem in orizonte sunt æternitatis & tēporis, ut Plato inquit. Quod si declarabimus exemplo, quo vti debemus circa expositionem difficilium rerum, dicentes ꝙ quēadmodum sol in genere corporum est, ita & rationalis anima in genere suo, uidemus vero solē vnū numero esse, ac indiuiduum, & eius lucem quæ in eo est, si ad ipsum qui pe consideretur forma eius est & indiuidua ac vna numero, si autem vt ab eo fluctuat sic est vniuersaliter illuminatiua, tum diaphanorum omnium tum peruiorum, quæ ea lucida redduntur, tum coloratorum hoc inquam modo, tam & si vna sit numero, multa agit ac facit Profecto & sic d. intellectu Aris. d. scilicet ipsum sicut lucem, post nāque ad ipsam rationalem animam referri compararique, & ad intelligibilia, ut quidem enim quicquam est rationalis animæ, non tantum vnus est numero, uerum & indiuiduus, vt uero emittit actiones intelligendi esse in virtute vniuersali, sic quodammodo est vniuersalis, & hoc porro modo vniuersalia in eo sunt, quoniam eorum est abstractiuus quemadmodum lux corporalis colorum, erit ergo indiuiduus prout forma est quædam hominis, ut uero potestas quędā lucis spiritalis porro vniuersalis est. Nec sic intelligo ꝙ vniuersalia sint in intellectu, quemadmodum forma in materia, vel accidēs in subiecto, ens enim in anima potius intentio est rei q̄ ipsa res, ideo quemadmodum non indiuiduatur color per esse quod habet in luce corporali, nec specificatur, cum esse in luce omni competat colori ut actu est motiuus sic intētio rei non specificatur, neque indiuiduatur per hoc quod est in luce spiritali, sed manet vniuersale, & in hoc est cognitio secundum congruentiam intellectus quemadmodum uisus secundum actum, secundum congruentiā lucis corporeę, & hic quidem modus abstractionis est, his itaq; sic expositis perspicuum est, quo nam modo rationalis anima forma sit corporis, est enim forma media inter extremas formas. Quantumque corpori immergat patet, quoniam secundum essentiam materiæ ac corporis actus est, secundum vero potestatem, & si in se, & respectu materiæ vna sit numero est ad intelligibilia vniuersalis virtus, vt diximus, quantumq; a materia eleuetur etiam, quoniā & secundum potestatem eleuata est, quemadmodum virtus magnetis in materia est mista, quoniam uero operatē non per materiam mistionis eo fit, ut a materia eleuetur, & hoc habito, ac perfecte intellecto, quæstiones omnes possunt remoueri quæ ad nos inducuntur.

*In quo soluuntur motiua Auerrois.* Cap. 23.

HOc porro loco rationes Auerroistarum ad nos inductas expedit soluere, quasvolumus esse solutas: quemadmodum capite. 16 huius soluimus. Replicas quoque quas ad solutiones posteriores induxerunt, & nos longo tempore, quas capite 17. sumatim retulimꝰ facile quippe soluemus, & quoddam omnibus fere commune est rationem habere duplex esse, vnum quo simpliciter est. & hoc quidem per exitum a spermate non habet, sed ex semine primæ lucis ac ex nihilo, alterum vero quo pars est compositi, et hoc quidem per generationem accepit, differunt autem hæc ratione solum quemadmodum fundamentum relationis & relatio, absolutum enim animæ rationalis fundamentum est vnionis, vnio vero relatio quædam est eius ad materiam ac compositum. Sed quemadmodum dictum est in metaphysica. relatio & si nihil reale addat fundamento, attamen perdi potest per substractionem termini, est autem terminus vnionis materia disposita qualitatiue & quantitatiue, & ideo eo sic subtracto, proculdubio & vnio ac vnitum esse animæ perdetur, uerum nec esse simpliciter animæ, nec eius absoluta substantia perdetur, & hoc porro modo saluari pōt generatio ac corruptio compositi. Non dico quin argumentum hoc acceptum a generatione a corruptione non fuerit multum arduum in tantum ꝙ Plotinum coegit ponere animam secundam, qua hominis generationē corruptionemque saluaret. Themistium vero ac Theophrastum duas vrget ponere vitas ac animationes. Auerroim quoque dicere cogitatiuam, nos autem non aliter dicentes saluabimus generationem ac corruptionem per vnam tantum formam modo accepto.

AD primam ergo dicamus ꝙ dispositiones ordinantur essentialiter ad animam, non quidem consideratam secundum esse simpliciter. s. secūdum esse vnitum, quod habet in composito ipso, maior ergo sic intellecta est vera, sed minor ad sensum hunc neganda est, ordinantur enim dispositiones, & quantitates, & qualitates, non ad esse animæ simpliciter, sed ad esse eius vnum quod habet in composito, regula uera topica est infirmum argumentum, tamen uerificatur illa regula quando sumuntur singularia modo quo constituunt vniuersalem, & vbi esse vnitum est esse simpliciter rei.

AD secundam maior vera est, minor vero falsa, declaratum est enim simpliciter esse rationalis animæ a materia non dependere, probatio uero non currit, quoniam si

ect esse materiale & indiuiduum rationalis animæ & esse simpliciter idem re & subiecto sit, tamen differunt modo quemadmodum fundamentum & relatio, & sic simpliciter sunt idem secundum quid distincta, modo non inconuenit rationalem animam dependere a materia quantum ad esse relatiuum, & si non dependeat quantum ad esse absolutum.

AD tertiam dispositio duplex est.s. pro re in fieri, & hæc quidem præcedere debet, altera vero pro re in facto, & hæc simul est cum re ipsa vnio ergo est dispositio in facto, qua s. anima est pars compositi, & qua habet esse in composito.

AD quartã circa idem dicendum ꝙ dispositio naturalis duplex est.s. absoluta qualitatiua.s. & quantitatiua, & relatiua dispositio primo modo bene ab agente naturali inducitur, ac prius q̃ sit res ipsa, cuius est dispositio, sed relatiua non fit, sed consequitur subiectum fundamentum & terminum, cuius est vnio, posita enim materia disposita, & rationali anima, consurgit vnio, qua rationalis fit ps compositi, & ens vnitum, & non fit ab agente naturali.

AD quintam dicerem ꝙ maior est vera dummodo non constitueret mediante aliquo accidente disponente, secundum enim peripateticos nulla forma constituit materiam nisi mediantibus qualitatibus & quantitatibus, & tamen illa sunt accidentia, & sic maior est simpliciter falsa hoc modo, rationalis enim anima non constituit compositum secundum esse simpliciter, sed secundum esse vnitũ, & sic tollitur maior.

AD sextam maior debet intelligi, cuius principia totalia & prima omnibus modis disposita æqualiter constituunt compositum, quod sic impedit minorem, est enim minor falsa, quoniam rationalis anima & materia non cõstituunt compositum, nisi vnita sint, & sic non se ipsis tantum constituunt. Ad replicam nego consequentiã, quoniam homo in diffinitione sua dicit tertiam entitatem, & hanc perdit, nec tantum accidens perdit, non enim perdit materiam, nec formam, sed compositum tertium secundum rem diuersum, quod habebat a materia & forma, inquantum vnita erant. Et hoc modo soluitur alia confirmatio, deficit enim tertium compositũ, quod est principaliter, & per se subſtã secundũ nos, non enim oportet imaginari ꝙ in homine sit sola forma & materia & vnio, sed ibi est tertium compositum cuius ambo illa sunt partes, quod tertium pendet ab illis vnitis in genere causæ materialis.

AD septimam principalem dicendum ꝙ anima rõnalis, & in primo signo naturæ, & in secundo semper quantum ad esse simpliciter est eadem nec in secundo signo acquirit aliquid esse simpliciter absolutum, sed aliquid relatiuum.s. esse vnitum, ac esse partẽ compositi, & sic nego, ꝙ quemadmodum in primo signo non egebat vnione, ita nec in secundo, quoniam in secundo, & si non habeat aliud esse simpliciter, habet aliud esse secundum quid.s. relatiuum, pro quo requirit esse vnitum.

AD octauam minor falsa est, terminus enim a quo fuit non vnitum esse animæ rationalis, et terminus ad quẽ vnitum esse, vel terminus a quo fuit priuatio totius eẽ terminus ad quem compositum ipsum, & ideo in generatione terminus ad quem est priuatio esse vniti vel compositi: & sic tollitur argumentum hoc.

AD nonam quæ erat cõtra sol. ad quartam dicẽdum ꝙ rationalis anima simpliciter idem esse habet post & ante loquendo de esse quod acquirit ab ipso deo, vt Auicẽ. inquit in sexto naturalium, uerum ante habebat esse incompletum saltem per accidens, in composito habet esse completum post remanet sigillum complementi, & ideo diuersum esse, non simpliciter, sed secundum modum adipiscitur.

AD decimam porro peripatetice nescio respondere in tantum ꝙ illo argumento victus dixi opinionem Ari. esse ad aliud q̃ diximus verum pro sustentatione nostra dicerẽ ꝙ rationalis anima potest vniri post mortẽ adhuc corpori, & materia etiam sibi, & quando dicitur. ergo aliqua potentia, nego consequentiam, possunt vniri quidẽ per essentia proprias, & per aptitudines suarũ naturarũ: rationalis enim anima est apta nata vniri, & econtra materia sibi, non per potentias proprias, sed per earum naturas ac essentias. Et quando dicit. ergo aliquando vniretur, nego consequentiam secũdum peripateticos, nec erit frustra, quoniam sat est, vt secundum speciem saluetur potentia, modo semper in tota specie animæ est semper aliq̃ vnita, & hoc sat est, ne frustretur desiderium in specie, q̃a vero ducitur in contrarium de mundo, dicam ꝙ mundus est vnus numero in tota specie, & ideo si frustratur in eo in tota frustratur specie, & ideo oportet vt fiat regeneratio, si semel corrũpitur non sic de rationali anima, multiplicantur enim in specie, & inde fit, vt semp aliqua sit vnita, aliqua separata, propter quod non tota species frustratur, & hoc modo vt puto peripatetici soluerent.q.hanc. Verum secundum fidem nostram facile euaderemus dicẽtes ꝙ iterum reuniretur proculdubio quemadmodum multi philosophi dicunt, & nos christicolæ in die iudicii expectamus, quod hydaspes his uerbis enunciat (cũ fletu & genitu extensuros ad cœlum manus & imploraturos fidem Iouis, Iouem respecturum ad terram & auditurũ voces hominum, atque impios extincturum.) Ecce q̃ plane vir iste iudicium his verbis vaticinatus est. Amplius audias verba Hermetis Mercurii Trimegisti in deos relati ab egyptiis, sic vaticinantis id (cũ hæc facta fuerint o esculapi, tunc dominus, & pater, & deus, & primi & vni⁹ dei creator, respiciens quæ facta sunt & suam voluntatem in huiusmodi bonum apponens temeritati, & errorem reuocans malitiam purgabit) ecce ꝙ plane p̃hs hic iudiciũ vñe his verbis prænunciat, quare & si Aristo. in fine secundi perigeneseos id negauit, non sibi credendum puto, cum & philosophi non minoris auctoritatis id asseuerent, & hic quidem modus soluendi apud me tutior veriorq́ꝫ est.

AD vndecimam contra quintam dicerem ꝙ intell's ẽ potentia intelligibilis, vt dixi & concedo ꝙ ipse cum potestatem habeat faciendi intelligibilia alia actu intellecta, ipse etiam fit a se intelligibilis actu & hoc philosophus dicere videtur, inquit enim ꝙ non intelligit se nisi intelligendo alia, exemplum autem non est ad propositum.

AD duodecimam circa idem dicẽdum omne abstrahibile non extrahitur nisi ab aliquo quod est actu vel potentia tale, & virtute tale, vt dixi modo, & si intellectus non sit actu abstractus est potentia abstrahitiuus & abstrahibilis a se, mediantibus aliis, & eodem modo soluitur decima tertia.

AD decimamquartam dicerem ꝙ omne tale participatione debet reduci ad aliquod tale per essentiam, vel potestatem essentiæ, modo & si intellectus non sit per essentiam abstractus, est potestate abstractiuus, quemadmodum lux, vt dixi. Et sic concedo ꝙ intellectus est potestas virtute vniuersalis abstractiua omnium indiuiduorũ materialium, & ipsa non abstrahit se immediate, sed mediantibus aliis, cum alia abstrahit, & se simul abstrahet, & sic intelligendo alia intelliget se. Exemplum quoque de graui non est ad propositum, neque militat aduersus hæc qui enim considerat caput præcedens, omnia hæc persoluit facile. Ad decimamquintam contra sextam dicendũ maiorem esse veram tantum de partibus integralibus, vt patet in quinto physicæ auscultationis, cuiusmodi minor falsa est. Ad decimamsextam eiusdem maior peccat, & quando petit quæ est causa adæquata diuisibilitatis formæ, dico ꝙ nulla illarum causarum est, sed natura formæ talis speciei quemadmodum ignis calidus est quia ignis, & homo risibilis, quoniam homo, sic & quædam forma diuisibilis, quia huius speciei forma, & sic tollitur hoc. Ad decimamseptimam contra septimam dico ꝙ non inconuenit contradictoria per accidens, & secundum diuersa verificari de eodem. Amplius, concedo ꝙ mouetur respectu pedis, & quiescit respectu capitis, non tamen sequitur absolute ꝙ mouetur & quiescit. Amplius, & si sequatr

non

non sequitur post ergo non mouetur, quoniam arguitur a termino priuatiuo ad terminum negatiuum & fit variatio consequentis ab antecedente, qui modus facit fallaciā equiuocationis, qui sumitur penes varium modum supponendi (ut dictum est) in primo elencorum. Ad argumenta contra Expositorem, ad primum patet quid intelligit per eleuatum, vt exposuimus in capite præcedenti, eleuatum enim vocat intellectum, non quia secundum essentiam sic vniuersalis, sed quoniam est vis potentia virtualiter abstractiua, & non per certum organum, tamen, secundum rem est indiuiduus, ut dixi de luce capite præcedenti, & sic omnia illa argumenta tolluntur, intellecto enim quo modo rationalis anima eleuata sit, omnes quæstiones tollentur, omnia enim illa argumenta procedunt posito ꝙ rationalis anima fuerit eleuata secundum intellectiuum, gradum eleuatione secundum rem, & sic bene argumenta valerent, sed eleuationem potestatiuam non destruunt illa. Ad argumēta cōtra responsiones ad Abubacher. Ad primum dicerem intentiones rerum esse vniuersales respectu representatorum, & singulares respectu subiecti proprii, quemadmodum lumen seu lux est indiuidua respectu solis, est tamen vniuersalis respectu coloratorum ac peruiorum, vt dixi, & cōcedō ꝙ huiusmodi intentiones sunt intelligibiles reflexæ ex intellectione suorū representatorum. Et quando dicis, ergo possunt abstrahi ad quoddam commune, in quo conueniunt, cōcedo, sed non per seclusionem materiæ, sed per seclusionem habitudinum ad represensentata ac subiecta, & hoc modo abstrahendo fiet tandem status. Ad secundum dicendum ꝙ illæ intentiones habent duo representare vniuersaliter, ratione subiecti in quo sunt & ratione luminis intellectus agentis, & licet rationalis anima sit concepta cum materia, tamen est virtualiter denudatiua rerum materialium a materia & conditionibus materiæ. Ad alia contra vltimas responsiones, ad primam dicerem ꝙ maior debet intelligi, quando illa ita tenderent ꝙ vnum non obediret reliquo, modo & sic corpus ad oppositum tendat, tamen obedit rationali animæ, vt dixit Aristo. in primo ethicorum & primo politicæ. Ad vltimam dicerē ꝙ rationalis anima per accidens impeditur a corpore, tamen per se iuuatur, cum mediante corpore phantasietur & disponatꝛ pro intellectione, & sic vnitur ei propter operationem, vt omnes peripatetici concedunt, & sic vt puto argumenta illa omnia sunt soluenda. Si uero fuerint aliqui eruditores qui melius rationes illas soluere posśint ex nunc non recuso solutiones intelligere, & meliores & doctiores, illas quidem rationes sic soluendas esse mihi uisum est. Auctoritates vero quas capite. 18. non soluo, quoniam illas Aris. expositor soluit, & tu vide, cum illas Platonis tangat in secundo libro. & illas aliorum non accepto, scias tamen oēs has auctoritates esse perscrutandas a me in libro secundo, tunc enim dicam quid veritatis concludant & quid non, nunc vero intantum sit dictum ꝙ rationes philosophorum nihil concludunt contra nos, & continue ac magis plus per sequentia error eorum patefiet, nos enim cū philosophis pugnantes non præponimus pugnare verbis, sed rationibus, modo & si Aristo. & Plato ac alii forte verbis visi sunt tenere oppositum, sat mihi est nullas esse rationes demōstratiuas ad oppositum, verum ꝙ non verba eorum militent suo loco, vt dixi, clarescet.

# AVGVSTINI NIPHI DE INTELLECTV. LIBER TERTIVS.

*In quo de vnitate rationalis animę disputatur.*

## *In quo narratur positio veterum quorūdam. Capitulum primum.*



INTER nostra summopere optata, desiderium maximū omnibus inest hominibus scire, an rationalis anima vna sit, an plures, et numero tot quot corpora, hoc. n. maxime appetimus ac optamus, & ideo circa hoc diligentisśime volumus procedere, & quia maxime veritas inuenitur per cōtraria, ideo nos in hoc intendimus recitare positiones omnium, & illas quas reputamus falsas confutare, tandem eligemus positionem nostram, soluemusque rationes omnes, quas inducunt nostri aduersarii, sic. n. facientes credimus remunerari a summo glorioso deo, cuius laudes sunt infinitæ. Antiquisśimi igitur phi a quibus almariani forte acceperunt, totius mundi, & cuiuslibet partis mundi, vnam posuere animam, & eam deum vaticinati sunt, crediderunt. n. ꝙ quēadmodum est in paruo mundo, ita esset in maiori, modo videmus in homine quodlibet mēbrum habere ꝓpriam ac specificam formā, per quam ponitur in genere mēbri. v. g. cor habet formā ꝓpriam ꝑ quam ponitur in genere cordis, & sic cerebrū, vltra habent oīa hæc vnā formam totalē. s. hoīs animam, a qua omnia informanꝛ vltimo, sic & de magno, dicūt. s. partem mundi certam habere certam formam, per quam est in specie ꝓpria alteram autem per quam est pars vniuersi, erit autem illa deus apud vetustisśimos, apud vero Platonem mundi est anima, & sic apud hos oīa mūdi corpora simpliciter vnum sunt, quemadmodum omnia hoīs membra, ſm quid aūt & essentialiter in parte sunt diuersa, quēadmodū sunt hoīs mēbra, ipsa. n. in se diuersa sunt, ut ordinem dicunt ad totum vnum sunt simpliciter numero, & eodem modo de toto mundo dicas. Hāc pōnē Alex. Rodius & Theophilus autenticant rōnibus multis, quam principaliter ac originaliter acceperūt ex Varrone romano theologo, qui forte ab Egyptiis accepit, q vt Plutarchus refert deum animam dixit mundi. Argumentantur ergo hi sic, tria sunt quæ maxima videntur secreta discrimineque maximo dīa, mens hyle ac deus, mēs n. primum est in ordine spiritualium, Deus in ordine æternorum, hyle vero in ordine corporeorum, & sic hæc primo sunt dīa ac secreta, sed hæc vnum sunt. ergo & oīa porro intermedia vnum ꝓculdubio erunt. Minor autem declaratur mens intelligit, tum hyle tum deū, vel igitur ꝑ idētitatem, uel per similitudines causatas a deo materiaque, nō per similitudines, qm̄ similitudines sunt intētiones fluctuātes a formis, ut in libro de aīa tradidere expositores, quare cū materia forma uacet ac deus ea careat, ꝓculdubio a mente non intelligentur nisi per idētitatem, erūt ergo mēs siue mīs deus & hyle vnū quoddā. Itē īpoīe est eē plura prima, sed deus primus est æternorū, mens prima spūaliū rerum hyle primum corporū, quemadmodum Plato tradit. ergo non possunt esse plura. ergo erunt vnū quoddā. Amplius quæcunque in operatione vniunꝛ, ac in se magis vnū sunt, ꝗ materia ac forma in aīali gn̄abili, vnā hn̄t formā primā ac totalem, operatio. n. vna attestaꝛ vni formæ, vnitas etiā est consequēs formā essentialiter, sicut peripatetici docuere in lib. de aīa. Sed oīa corpora mūdi, tū

in operatione, vt Arist. tradit in cœlo & mundo, tum in vnitate maiori conueniunt vt Auerrois inquit in. 2. cœli cō. 71. vbi inquit, ꝙ vnio qua ligantur, ergo et in vna simplr forma erunt occurrentia. Adhuc ex parte materiæ, omnium.n.corporum, vnam esse materiam omnes consi tentur. ergo omnium vnam esse formam primā, quēadmodum.n.prima materia vna est, materiæ vero secundæ plures, sic & forma prima vna erit multæ vero foīæ erunt mediæ. Rursum ex parte agentis, quemadmodum Plato arguit in lib. Parmenidis, de vno oīum rerū principio, arguit vno posito ponūtur omnia, vno remoto, remouētur oīa. ergo vnum est omnia, & per consequens omnia erunt vnum in forma. Vltimo quæcunque vnum sunt in fine, vnū sunt in forma vt peripatetici voluere, sed oīa vnum esse in fine oēs testati sunt pħi. ergo oīa esse vnum in forma erit necessarium, his argumentis ꝓculdubio forte veteres mouebantur ad dicendum omnia esse vnum in forma ac anima, ꝙ quonam modo positio hæc intelligatur posterius declarabitur.

*In quo inducuntur testes in hmōi pōne. Cap. 2.*

IN hmōi quidem snīam multi visi sunt occurrere antiquorum Parmeni.n. ac Melissus vetustissimi pħi oīa esse vnum, ac vnum oīa dixere, intelligentes vnum.s. deum, qui est oīa eo modo quo forma est tota rei cōpositio, & oīa.s mūdū esse vnum.s.deum eo mō porro, quo cōpositio est sua forma. Post hos Empedocles Siculus Agrigentinus carminibus cecinit aīam esse omnia, eo ꝗa omnia intelligit quod quēadmodum Lucretius antiquus noster vates in carminib⁹ trāstulit sic intelligebat. Ois.n. per se diuum natura necesse est. Immortali euo summa cum pace fruatur. Amplius, & post carminibus interpositis latius id cōmentatur. d Vnde omnis natura creet res auctet alatque. Quoue eadem rursum natura perempta resoluit quæ nos materiem & genitalia corpora rebus. Reddenda in ratione uocare & semina rerum. Appellare suemus, & hæc eadem vsurpare. Corpora prima quod ex illis sunt omnia primis. Item & hoc ille strenuus Pythagoras, quēadmodum Arist. in meta. narrat vaticinatus est, vnum principium esse omnium ac vnum oīa eē. Idq; deum esse Xenophanes eius discipulus asseuerauit. Hoc autem prouerbio veterum ac solēni confirmat, erat.n.in palladis templo conscriptum literis marmoreis. Pallas est quicquid fuit, quicquid erit, & quicquid ē, nec aliquis hominum detexit peplum quo facies eius velabatur. Hoc autem quemadmodum Plutarchus refert a veteribus sic interpretatum esse s. id esse deum, qui peplo tectus est, ꝗa omnes eum ignorant, omnesque nihil aliud ꝗ̄ eum videt. Dixerunt peplum id sensum esse, qui est in anima & forma quæ est in corpore, quib⁹ duobus circūscriptis ab aīa & corpore apparet ipse deus in ꝓpria sui natura. Ex huiusmodi quidem ꝓuerbio ac solēni interpretatione deum esse mundi aīam, ac totius formam Xenophanes sentit, quod & carmine Orphei testatur mundum esse plenum diis. Iouisque o a plena, ut & poeta nr̄ trāstulit. Rursum omnia esse vnū in vna anima testatur & Plato qui in Timæo sic inquit, quo circa sicut ratio nobis hæc ꝓbabilis persuadet, dicendum est hunc mundum animal esse, idq; intelligens re vera diuina prouidētia constitutum, ecce igitur ꝗ̄ plane vnum omnia esse in colligatione ad mundi animam inquit Plato. Præterea & Aristo in lib. de mūdo ait in fine carminum Orphei testimonio. Iupiter primus genitus. Iupiter nouissimus. Iupiter fundamentum terræ ac stelliferi cœli. Iupiter masculus. Iupiter incorruptibilis sponsa. Iupiter totius spiritus. Iupiter ignis motus. Iupiter sol & luna. Iupiter Rex. Iupiter princeps, denique omnia Iupiter. Vnde & Lucius Apuleius sic transtulit.

Iupiter omnipotens est primus & vltimus idem.
Iupiter est caput & medium: Iouis omnia munus
Iupiter est fundamen humi ac stellantis olympi
Iupiter & mas est & nescia fœmina mortis.
Spiritus est cunctis validi vis Iupiter ignis
Et pelagi radix, sol luna est Iupiter ipse
Omnipotens rex est rei omnis Iupiter ortus
Nam simul occuluit, rursum extulit omnia leto
Corde suo e sacro consultor lumine rebus.

Quod & strenuus Plato testatur, cum inquit deum esse principium medium & finem, omnia.n. ipsum esse significare voluit, quando .s. dixit eum esse huius totius mundi formam ac motorem hæc Aristo inquit in eo lib. Quo fit vt verbum Aristo. in lib. de anima, cum inquit animā esse omnia, quidam Commentatores exponūt id de deo prout forma est totius omnibus vtens, vt originis, quēadmodum in perigeneseos dixit, hæc. s. esse primi organa & materiam, vt ibidē legitur. Id & porro vates testantur, quemadmodum Maro inquit.

Principio cœlum ac terras camposque liquentes.
Lucentemque globum lunæ titaniaque astra.
Spiritus intus alit totamque infusa per artus.
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet
Inde hominem pecudumque genus viteque volantum
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Luca. etiam hoc inquit.

Superis temploque tacente,
Nil agimus, nisi sponte deo.
Et post pauca.
Et ne dei sedes, nisi terra, nisi pontus & aer.
Iupiter est, quodcunque vides, quodcunque mouetur.

Hoc porro & Seneca testatur cum inquit, quid est deus medius vniuersi, quid est, quod vides totum, & qđ non vides totum, totum vbique est, opus suum intra & extra replet, cui denique magnitudo sua redditur, quo nihil magis excogitatur. Et hoc sentire videtur & Boetius ille inquam seuerinus, qui in tertio consolationis inquit.

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem.
Connectens animam per consona membra resoluis.
Quæ cum secta duos motum glomerauit in orbes
In se met reditura meat, mentemque profundam
Circuit, & simili connectit imagine cœlum.
Tu causis &c.

His itaque verbis ille inquam Boetius sentire videŕ iuxta Platonis snīam in Timæo, totius mūdi animā esse vnā, & per consequens mundi omnia corpora partes ac membra esse illius, verum illam non deum quidem, sed ex deo emanasse cum Platone sentit. Cui Auerrois videtur consentire, inqt.n. in lib. d. d dispu. 3. in solu. duodecimi dubii. Patet ergo ex his ꝓmissis ꝙ hoc est vnum ens, ex quo vna simplex influitur virtus, a quo omnia entia esse hn̄t, vbi per virtutem videtur sentire a deo ꝓfluxisse animam totius mundi, a qua omnia entia membra mundi liganŕ, maiori ligamento ꝗ̄ fit ex materia & forma, vt dicit in. 2. cœli cō. 71. Et forte ꝙ verbum Arist. in 12 primæ pħiæ hoc vaticinari voluit, cū inquit, deus est animal sempiternum a quo cœlum & tota natura dependet, dixit.n. deū animal, quoniam aīa est actu, virtute vero animal. Hoc & Gilbertus ille porretanus inquit, sed qm̄ ut aiunt ꝗdā simplicitati, nulli uero variationi subiecta est, ut ea quę est mundi anima. dissocians hanc ab oībus addidi, cōponi cōtingēs, ecce qūo mundum animal esse ligatum per corpora mundi Gilbertus ait. Qui & quot sint hi qui hanc positionem olfacere visi sunt, ac sentire suis verbis videntur, tot & tanti sunt & præcipui.

*In quo inducūtur obiectiones aliquorū ad hos. C. 3.*

AD hos repugnant quidā primo summæ simplex, nec compositus, nec alteri cōponibilis est, declaratum est aūt deum simplicem, ac summe esse simplicem qūo ergo componibilis esse potest. Rursum necesse esse non potest esse actus, nec perfectio alicuius corporis, nec forma, sed deus est necesse eē, qūo ergo forma erit corporis, minor cōstat, maior vero perspicua, qm̄ necesse eē sua natura ad quicquid cōparatur necessario, ac simpliciter, inuariabiliter comparatur, vt oēs testantur peripateti-

ci, declaratum est autem omnem formam variari ab eo cuius est forma. Adhuc summe perfectum non pōt esse pars alicuius corporis vel compositi, pars n intantū pars inquantum pfectione priuatur totius, vt peripatetici senti re videntur, sed q. deus summe sit perfectū oēs testātur le ges ac pħi. Præterea primū mouens quod in sui natura imobile est quoddam, nunq̄ terminus pōt esse motus ac transmutationis, sed deus mouens primum simpliciter im mobile. ergo non potest esse terminus gñonis. ergo non fōra rerū ac totius mundi. Item tunc deus esset naturaliter principium intentionis in quolibet corpore mundi, qm̄ vniretur cuiliter ſm essentiam. ergo cuilibet ſm operatio nem est autem sua operatio intelligere, & sic corpora pu re naturalia intelligerēt, quod est quid mirabile. Deinde tunc quodlibet corpus simplex & mistum esset aiatū, qđ Aristo. refellit in. 2. de aīa lib. ubi inquit simplex elementū non posse eē aiatū, & rōnem reddit, qm̄ aiatum oē firmū oportet eē ubi Themi cap. 36 corpus aīantiū q. firmum eē & solidum necesse est, quodque ortus & occasus parti ceps est, ex illis elementis conciliari non pōt, & idem in. 3. de anima lib. ex intentione idem ꝓbat, & tu uide. Amplius Aris. docuit causam, quare ex aliquibus fit unum. s. qm̄ hoc quidem actus est per se, id uero potēria per se, sed deus nō potest esse actus per se materiæ, qm̄ essentia pura ac ulis nō potest recipi in materia certa ac particulari, ut oēs peripatetici dicunt, est. n. deus ul'ior q̄ quæcunque q. d. ditas sed quidditas est in nulla materia susceptibilis ergo ꝓculdubio & nec deus. Adhuc omnis actus corporis est uirtus in corpore, deus nō est uirtus in corpore: ut Arist. ꝓbat in fine octaui ac in 12. meta. eēt. n. generabilis & cor ruptibilis ac finitus in tempore, ergo deus nō est actus cor poris. Rursum dato hoc, porro cuiuslibet rei cōpositę eēnt duæ formę æque primo, quod reputamus dissonū, ꝓbatur cōsequentia, quoniā gratia exempli elementum ignis apud eos formam hēt ignis uel igitur illa est deus, et hoc ipsi nō dicunt, uel ultra illam ignis habet deum pro forma, & sic essent duæ ignis formæ, hoc aūt sic refelitur. Vel eēnt æque primo constituētes essentiam ignis, ul' una prior altera. Si quidem æque primo. ergo unius simplici ter terminati eēnt duo termini æque primo ac unius com positi simplicis eēnt duo actus æque primo, & quid por ro absurdius. Si uero una altera prior, uel deus eēt & sic imperfectior, omne. n. prius natura et origine impfectius: ut Aris. inquit in. 9. met. Si uero forma ignis prior, ergo aliquod eēt prius deo quod nondum excogitatū est. Vl timo oīs actus corporis est mobilis per se, uel per accid s ad corporis motum, sed declarant pħi ipsum eē, neque p se, neque per accidens mobilem quare & non potest esse actus corporis. Hæ quidem sunt rationes inductæ ad anti quos, & fere infinitę induci possunt, uerum quia oēs fere unam habent uim, ideo & sic dicta sat sint pro nunc, tu uero considera.

### *In quo uidetur quantum valeant huiusmodi rationes contra illos.* Capi. 4.

ET cum huiusmodi rationes sint inductæ, ut meli' ueritas appareat, inducam modum quo antiq̄ pñt defendi, deinde in sequentibus ipsos refellere conabor ex per se notis. Alex. igitur rhodius Theophilusque heretici conantur illam opinionem sic defendere dicentes: q̄ vnio totius mundi ad deum ac corporis cuiuslibet eius ad eum, consistit in quadam colligatione & dependētia s. naturæ, vt imperfectæ ac vlis quoquo modo ad deum vt per suam essentiam indiuiduum ac stabilitum se solo qua lis quidem vnio est naturæ humanæ ad sortem, hoc decla rant, dicunt quidem mūdi naturam esse ſm se vl'e quicq̄ ac pluribus ſm se cōicabile, deus aūt ſm se determinatissimus (& vt ita loquar) indiuiduus maxime, ideo oportet vt illimitatio illa mundi dependeat ad aliquod maxime stabilitum & determinatum, ne multiplicetur, & inde est, vt vnio mundi totius ad deum est consistens in dependentia quadam ipsius mundi, vt vlis ac determinabilis, ad ipsum deum, vt summe contractum, ac maxime determinatum, quo fit vt fiant vnum, maiori porro vnione q̄ sit ex materia & forma, & accidentis in subiecto, cū sit vnio rei vt vlis, ad rem vt indiuiduam. Hoc autem latius & adhuc declarant quidam, quoniam cum mundus vnitus sit deo, vt omnes leges videntur dicere, ergo ibi est ordo dependentiæ totius mundi primo ad deum, declaratū est enim in libris pħorum vnionem esse, vel informationis, vel aggregationis, vel ordinis ac dependentiæ, sed mundus non potest vniri deo vnione informationis, deus. n. non est pars, nec quicq̄ potentiale, ꝓpter argumēta prætacta, nec vnio aggregatiōis eē pōt. Quia sic q̄dcūq; diuersum a q̄cunq; diuerso vnionē hēt per aggregationē, cōducunt & porro vnionem eam esse dependentiæ ac ordinis: & cum mundus non habeat rationem prioris respectu dei, erit ergo posterior, & sic ordo posterioris ad prius. Quod confirmare videntur eo quia vnio mundi ad deū relationem importare omnes sentiunt, omnis autem relatio non reciproca est dependentiæ, vel independentia cōsistens. Et tunc sequitur q̄ vnio mundi ad deum non est causæ ad causatum, sic. n. omnis causa suo effectui erit vnita, ergo vnio mundi est ad deum ordinis & dependētiæ, dico dependentia & ordine existentibus in mundi colligatione ac natura, vt in subiecto & fundamento, in deo autem, vt terminus tantum illius, quo fit, vt vnio mundi sit vnio naturæ vlis ac multiplicabilis, ad indiuiduum extraneum simpliciter actuatum, ac terminatū, omnino terminatione ab alio forinseco carens quo fit vt deus non dicatur forma mundi, quæ ab informādo dicatur, nec actus eius ab actuando, sed forma a terminādo dependentiā, naturæ vlis, & quasi plurificabilis, & hoc modo veteres deū animam eē mundi dicunt, non tamen formam vnius rationis cum aliis formis. Nec animam eiusdem rationis cū aliis. His ergo visis tres ordines antiqui vaticinātur totius mundi ad deum, primo ordinem finiti ad finem, est enim deus finis totius mundi, mundus vero finitus ac ad deum ordinatus, tanq̄ ad optimum ac summum eius bonum. Secūdo causati ad causam agētem, nō quidem generātē: sed efficientem & cōseruātem, est n. deus vlis rerū artifex, vt plato tradit in Timęo, mūdus autem vlis dei effectus, vt Auerrois demōstrat in tertia & quarta disputa d. d. Tertio vlis naturę ad indiuiduū summe determinatum, p dici pōt ordo formalis ad formam lato vocabulo, seu cor poris ad animā magis ꝓpriæ, q̄ uerbis ꝓpositis expressimus ſm hos, & eo fit ut unio mundi ad deum sit maior q̄ vnio materiæ ꝓpriæ ad formā ꝓpriam, & hæc quidem vnio est mundi ad deum, mundi quidem, ut finiti facti cō trahibilis ac ulis formati ad deum ut finis agens indiuiduū ac forma satis æquiuoce loquendo de forma, cum unionem mutuam nō dicat, ut declaraui, & hoc mō oia mūdi corpora unum esse dicunt antiqui simpliciter, licet ſm q̄d essentialiter tamen diuersa partialibus formis uelint, quēadmodum membra hominis simpliciter unum sunt numero, in respectu formæ totius hominis, tamen in se ſm quid ꝓpriis formis secreta sint ac diuersa, quæ igitur sit istorum positio ac quo nam modo deus mundi aia ac ei' forma dicatur his constat. Argumenta uero p̄dicta ostendunt deum non esse formam unitam mundo unione mutua ac reciproca, uerum mundum uniri eo modo quo diximus deo argumenta illa nō refellunt, ut constat. Quæ possunt induci in illorum sustentatione, hæc & tot sunt.

### *In quo refellitur positio illa hereticorum parabolosa* Cap. 5.

SEd plane si consideres uidentur isti absurdissima dicere, eo. n. dato tunc deus esset mundus, quo nullū imposibilius fieri pōt, & hoc ꝓbari pōt, qm̄ oē ul'e formale prædicatur prædicatione essentiali de termino & sumpto ad quod limitatur id ul'e, hō prædicatur proculdubio de sorte, quoniam ulitas hominis ad sortem termi

natur, q si dicas hoc non esse impoſſe, quẽadmodum nři theologi dicunt. s. deum hominem esse nihil prohibere. ergo & q mundus deus sit quid profecto remouet. Istud impoſsibile uidetur saltem ſm ph̃os, declaratum est enim ſm peripateticos, non posse esse nisi unum solum mundũ numero, & per consequens ipsum esse summe ac omnino contractum essentialiter, & determinatum simpliciter. ergo non dependet ab alio, tanq̃ ad determinans, ita ut hoc pacto arguere liceat, nullũ summe determinatũ dependet ab altero in ratione determinantis. Sed mundus est essentialiter & simpliciter & summe determinatus. ergo nõ dependet ab altero in rõne determinãtis, & sic deus nõ põt esse ut contrahẽs mundi in differẽtia ac uniuersalitatẽ Maior est manifesta. In intelligibile. n. est deũ posse determinari, per unum alium deum si esset, quoniam tũc summe cõtractum posset contrahi summeque determinatum determinari quæ omnia sunt falsa & impoſsibilia. Verũtamẽ debes scire apud nostros theologos mundos plures eẽ nõ est impoſsibile, & ideo mundum quoddam eẽ uniuersale cõcedẽdum est ac cõtrahibile & determinabile, huius aũt non ratio eẽ potest, quoniã ut Plato dicit in Timæo, sensibilis mundus factus est ad exemplar intelligibilis, est autẽ mundus intelligibilis idea mundi. Vna autem idea potest esse plurium ideatorum, põt. n. idea domus eẽ plurium domorũ eiusdem rationis, ut patet, & inde fit, ut plures possint eẽ mundi ab una dei sola idea. Quo habito in nostris theologis fit magna. q. An deus quãlibet rem citra ipsum suppositare posſit, ac quamlibet naturam determinare, eo pacto quo deus hominem determinauit ipsumq; suppositauit. Quidam enim sapiẽtum dixere deum posse quamlibet naturam suppositare, remque omnem citra eum completam limitare ac determinare, & eo maxime, quando natura illa est secundum se vniuersalis, & huius rationes sunt tres fortiſsimæ, omne id quod continet oẽm rationem substantiandi potest substantificare omnem naturam natam contrahi vniuersalem, sed deus cõtinet omnem rationem substantiandi, est enim deus totius esse plenitudo. ergo potest substantificare omnem naturam vniuersalem natam substantificare, sed omnis natura citra ipsum est vl̃is determinabilis ac contrahibilis, & ad sumptũ deducibilis. ergo & omnẽ poteſt. Amplius, nõ plus distat homo a deo q̃ lapis, vel quæuis natura ab eo, quoniam finiti ad infinitum distãtia est infinita, infinito autem nihil est maius. ergo si non fuit repugnãtia deum posse substantificare hominem secũdum legem nostrã, nec impoſsibile erit eum substãtificare posse omnem non plus ab eo distãtem, q̃ homo distet. Rursum deus in triduo suppositauit corpus quod fuit in sepulchro ipsumq; substãtiauit. Sed ipsum fuit equiuoce a se ipso in viuo, quemadmodũ igiť in triduo ipsum substãtiauit, cur & per annum, aut mensem non, & si per annum & mensem potuit, ꝓculdubio omnem aliam naturam suppositare substãtiareque valuit. Siquidem igitur hæc affirmetur positio proculdubio & mundus cum sit vniuersale quicq; determinabile, ipsum substantiari suppositari a deo nihil prohibebit, et tunc positio nostra hoc vno solo discrepabit a veteribus, q id qđ nos tenemur credere de posse, ipsi de facto ita eẽ ponunt, & in hoc irrationaliter ac temere loquuntur. Est autem & altera positio quam Ioan. picus sustinere videtur cum solẽni doctore, deũ. s. posse suppositarẽ omnem naturam citra ipsum, dicit se non consentire, ait enim q tametsi ex parte dei, qui omnem rationem essendi cõtinet, nulla sit repugnantia ipsum posse assumere omnem naturam, tamẽ non est hæc totalis causa, requiritur enim aliquid ex parte naturæ assumptæ, ut. s. ratio imaginis, quæ in tribus consistit potentiis. s. intellectu voluntate & memoria, & adhuc finaliter aptitudo supernaturalis eleuationis ad beatã vitã quæ cum in sola rationali natura reperiri videantur, proculdubio decet solam ipsam eẽ dignam assumptione, conueniens enim est, vt quæ natura non posſit ad actum primum eleuari, nec ad secundum eleuetur. Et igitur si hęc retinetur positio, & proculdubio mũdum substãtiari adeo erit impoſsibile, ego vero quid senserim hoc in problema te non determino, sed ad hoc me determinatum recipias scilicet omnem veritatem fidei concedere, eique firmiter assentire quod romana concedit ecclesia. Sed quod credo in verificatione huius opinionis est q deus sublimis est forma omnium, non quidem ab informando ac viuificãdo entia. Sic enim tolleretur entium discrimen, sed est procul dubio forma a formatione dicta, eo quia in se consistit, sicut sol in se, est tñ actus formans oẽs formas compositorum, quemadmodum sol forma omnium mediorũ, pro quanto omnia media illuminat & sic deus forma est omnium prout est forma ante rem omnes formas in re aĩans ac formans, & sic intelligendo non est remota forte a veritate nostra, ut posterius dicemus.

*In quo exponitur illa positio ueterum.* Cap. 6.

Dedere theologi duplicem vnionis modum, quo deus naturis cunctis vnitur, naturalẽ scilicet & modo congruenti naturæ rei. Voluntariæ uero, & modo superegrediente, terminos, ac rerũ limites, primo profecto modo deus est omni naturæ intimus, immo interior q̃ ipsa sibi, vel forma materiæ, sed secundo modo adeo fit intimus rebus q. eis interior fieri nequit. Primũ profecto modum quem naturalem dicunt, tam theologi q̃ veteres sentire coguntur, quod & moralium primo Gregorius istis verbis testatur. ipse solus est nunquid non sunt angeli & homines, cœlum, & terra, vtique, sed aliud est esse. s. absolute, & aliud principaliter eẽ, sunt enim hæc, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis nõ subsistunt ex quo creata sunt, cũcta quippe ex nihilo facta sunt, eorumque essentia rursum ad nihilum tenderent, nisi eam auctor regiminis manu teneret, & simul per se, nec subsistere valerent, nec moueri, in tantum subsistunt. inquantum, vt eẽ debeant acceperunt, in tantum mouentur inquantũ occulto instinctu disponuntur, arescit terra, concutiť mare, ignescit aer, obtenebrescit cœlum inardescũt homines, mouentur angelicæ virtutes, num hæc suis institutionib᷑, & non magis diuinis impulsionibus agitatur, ecce q̃ plane concedit hunc vnionis modum. Et hoc Plato in Timeo significarẽ nobis uoluit, dum postq̃ orti sunt omnes dii, deum inducit ad eos mundi genitorem loqui, qui ita fatur, dii deorum, quorum opifex ego, & pater sum, hæc ostendite quæ a me facta sunt, me ita uolente indissolubilia sunt, omne siquidem quod uinctum est solui potest, quapropter, quia generati estis immortales quidem & indissolubiles omnino non estis, nec tamen vnq̃ dissoluemini, nec mortis fatum subibitis, nam voluntas mea maius præstantiusque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, q̃ nexus illi quibus estis. tunc cum gignebamini colligati. Ecce q̃õ Plato dat intelligere deum diis eẽ naturali vnione vnitum, adeo q præseruat sua voluntate eos a mortis fato cum Gregorio fere consentiens. Hunc & profecto modum sentit Auerrois in lib. destructio destructionum in disputatione tertia solutione ad duodecimum inquit, sequitur ergo q hic sit vnus solus, per se existens, & oportet q ille vnus det vnam naturalem diuisionem, & influiť ab illa vnitate data in quolibet ente eẽ illius entis, donec ad primam perueniat vnitatem, sicut calor cuiuscunque calidorum a primo calido procedit scilicet ab igne & reliqua. Disputaui autem in commẽto nostro illius an hoc verum, & quid illa sit virtus, & quomodo entia in deum vniuntur, & qualiter sit hæc naturalis vnio, & tu vide cõmentum nostrum illius partis. Si igitur hunc modum sensere veteres, proculdubio eorum sententia non tantum uera est, verum & ipsam cogimur sectari. Si autem secundum modum vnionis senserint profecto non sunt sustinendi, & argumẽtũ ad eos sit argumentũ in præhabito capite positum, consentaneum porro est eos primum sensisse modum, & si recte eorum verba inspicies id reperies Quicquid quidem senserint antiqui de vnitate

intellectus

intellectus ac rerum,& quid nō. Amplius, quo pacto sermo eorum uerus, quo pacto non: his manifestum.

*In quo dissoluuntur argumenta Alexan. & Theophili contra ueritatem inducta. Cap. 7.*

HIs prehabitis non erit nobis difficile soluere motiua Theophili ac Alexā. ad primum quidem dicemus ꝙ deus ab intellectu humano dum magnitudini est continuus non intelligitur per se. scilicet per propriam eius speciem sed per accidens s. per species causatas ab eius effectibus quibus intellectus ducitur in eius apprehensionem. Amplius materia. vt Auerro. dicit in primo auscultationis physicæ commento. 69 etiam per accidēs intelligitur scilicet non per propriam essentiam, cū secundum eius essentiam simpliciter sit ignota, vt in meta. dixit, intelligitur ergo per accidens scilicet ratione formæ sibi coniunctæ & per comparationem ad substantiam cōpositā: erit omne intelligibile per se, intelligibile per identitatem, aut per similitudinem propriam, & hoc pacto non est ad propositum, cum nec deus, nec materia sint intelligibilia per se, sed per accidens a nobis intelliguntur, vt dixi. Ad secundum dixerunt peripatetici ꝙ plura prima esse eiusdem speciei est impossibile dictu sed ꝙ sint plura prima diuersarum rationum ac ordinum non tantum est uerum, sed necessarium: hyle enim primum est corporeorum, deus æternorum, mens vero spiritalium rerum. Ad tertium tota quidem ratio ostendit omnes mūdi partes uniri naturali tactu propter causas dictas. Ad quartum identitas materiæ est per priuationem, & hoc pacto omnia corpora esse vnum, secundum vnitatem materiæ priuatiue quilibet consentit, sed ꝙ omnia unum sint priuatiue et positiue simul implicare uidet in uerbis. Quintum Arist. in primo meta. & Auerrois persoluit cōmento quinto. arguit enim tantum vnum esse prius omnibus modo non omne prius est substantia posterioris, esset. n. tunc unum in natura idem ꝙ multa, sed id uerum est, tantum: ut Auerrois dicit quando prius est secundum diffinitionem, quomodo non est hic. Ad ultimum maior uera est tantum de fine, qui cum forma incidit eius cuius est finis, tamersi res omnes fine remoto sint eadem propriis ac propinquis proculdubio secretæ sunt.

*In quo enumerantur positiones de vnitate intellectus, & ponitur opinio ueterum ad hoc. Cap. 8.*

CVm de rationali anima quispiam loquitur euadere non potest quin eam uel vnam numero omnibus hominibus ponat uel pluribus plures, siquidem plures uel secundum numerum, uel secundum speciem. Fuerunt itaque ex ueteribus qui rationales animas posuerunt specie differentes, & hoc dixerunt, quoniam eas a corporibus (cum peripateticis) separatas secundum esse apponunt, in separatis autem a materia nō possunt esse plures formæ sub una specie, erunt ergo tot animæ rationales specie quot homines numero, sic ꝙ singulo homini singula adsit anima, altera specie ab ea quæ alteri adest. Sunt autem huiusmodi animæ rationales, nō quidem inexistentes coporibus hominum, uel inhærentes, aut dantes speciem, sed animæ quidem sunt a uirtute animatiua, & formæ a uirtute formatiua, anima enim mea eo fit mea: quoniā ab ea effluxit animatio mea, tua quoque tua, quia ab ea tua effluit animatio, sunt igitur in nobis animæ hæ qualiter sol est in medio illuminato, queadmodum enim sol dicitur tamdiu adesse forma & actus quādiu illustrat ipsum, sic & animæ hæ tamdiu animæ sunt hominum, quādiu ab eis animantur homines collustranturꝗ; medii: homin bus enim extinctis procul fiunt ab eis. Animæ itaque hę sunt formæ, & animæ, nō quia inaniment aut informent, sed quoniam animāt aut formant animationes & formationes, quibus sumus & in specie & animati uiuimus. Et hoc pacto magi opinantur ꝙ humanæ mētes ad numerum hominum numerantur, ita ut specie inuicem distinguantur, potuit autem & adhuc positio hęc effluere a veteribus a Thalete. s ac Biāte ex septem sapientibus. hi enim dixere rationalem hoīs animam motricem substantiam deumꝗ; incarceratū, quibus Secundus cognomento physicus consentit dicens rationalem animam esse deum incarnatū a quibus posteriores, vt Origenes, Varro, Siphanius, & Presilianus, uiri graues rationales animas ex naturis intelligentiarum dicunt, ex propria dei substantia effluxisse, & cum sint ſm earum naturas intelligentiæ proculdubio specie & numero differētes eas dicunt, plures enim intelligentias esse sub eadē specie impoſe est. Quomodo quidem igitur rōnales intellectus plures, ac quo pacto differentes sint, & quibus a ueteribus hæc emanauit opinio his constat.

*In quo inducuntur obiectiones aduersus hanc positionem. Cap. 9.*

SVnt autē quidam præstantissimi uiri, qui aduersus positionem illam obiiciūt. Quæcūꝗ; corpora quorum formæ differunt specie, differunt specie sed homines sunt corpora, quorum formæ sunt specie differentes, secundum hos, ergo & homines differunt specie, qđ est inauditum conclusio est impossibilis, & non propter figuram ergo propter propositiones, & non propter maiorem: ergo propter minorem. Amplius, sensu visibiliter uidimus quandoque hominum una die. 12. milia e uita decedere, quemadmodum in magnis conflictibus præliisque, & derisibile est tunc eo die tot alibi oriri, quo fit ut rationales illæ animæ proculdubio sine corporibus ociosæ remaneant. Rursum obiicit Ioan. Iandunus in libro de anima, si intellectus essent diuersi secundum speciem in diuersis hominibus, in natura esset aliqđ ociosum, quoniam omnes homines possunt intelligere secundum unum numero intellectum ergo omnes residui superfluunt, hoc uero probatur: quoniam omnes homines sunt unius rationis, omnia phantasmata unius speciei & omnes cogitationes, ergo omnes possunt una specie intellectus intelligere, ergo oēs residui superfluunt, oportet ergo aut dicere homines differre specie & phantasmata, & cogitationes, aut ponere unum intellectum omniū ſm speciem. Adhuc Them. uidetur capite. 32. hoc pacto remouere positionem hanc, si dētur iste plures rationales animæ separatæ, specie differentes, hominibus tamen assistentes, vel sunt necessariæ pro esse hominum, ad hoc scilicet ut animationes diuersas in hominibus causant aut ꝑpter scire diuersum in diuersis non per animationes diuersas, quoniam tunc etiam in aliis animalibus oporteret qđ fabulam esse testatur Themi. in primo huius capite. 23. etiam quemadmodum sol vnus sufficit pro tot diuersis illustrationibus, ita & vna rationalis anima pro tot animationibus & uitis. Si uero propter intelligere & scire hoc nihil est, qm̄ intellectiones omniū hoīum sunt vnius speciei & rationis, ergo ad eas sufficit una forma unius speciei & rationis non ergo oportet ponere intellectus rationales tot quot sunt, homines in specie differentes.

*In quo defenditur huiusmodi positio ab his argumentis. Cap. 10.*

POsitionem hanc refellere credunt quidam per hoc, quoniam est aperte falsitatis, modo vt Aristo. testatur quolibet proferente contraria opinionibus stultum est solicitum esse. Quidam autem repellunt eam aliquo, uel aliquibus p̄dictorū argumentorum. Sed id profecto non sufficit, est enim hæc positio præclara optimos

habens auctores, nec ita leuiter refellenda. Dicerent ergo istius positionis sectatores q̄ oēs hmōi rationales animæ specie secretæ sunt propter rationes dictas: esse vero duarum operationum, qm̄ quælibet harū operatur per propriā essentiā operatione prima, quæ est intelligere p essentiam, propriam & amare per essentiam, & quantū ad primā earum operationē discrimina sunt specifica, vt manifestum est in orbibus. oēs enim orbes cœlestes sunt vnius speciei attamen intelligentiæ motrices in specie differunt, & tamen operationis s. cœlestis motus non differunt spē Auer. dicere videtur. 2. cœli: com. 49. cōtra Aui. quemadmodum ergo intelligentiæ orbiū quantū ad primas operationes differunt specie: quātum ad scdas sunt vnius speciei fm peripateticos. ita & rōnales intells dicerent sunt diuersarū specierum quantū ad operationes primas, quātū vero ad secundas eiusdē. Amplius quēadmodū quilibet orbis cœlestis inquantum orbis posset moueri a qualibet intelligentia, nō aūt mouetur quātū talis orbis tantæ magnitudinis talis situs tātarum stellarū &c. Sic quilibet homo potest intelligere per quēlibet rationalem intellm̄ inquantum homo tn̄ inquantū hō huius cōplexionis huius sexus huius cōstellationis mouet a determinato intellu, & hoc exēplo potest exponi, omnes enim homines sunt vnius rationis & speciei & tamen vnus situs alicuius astri infortunatus est Socrati, secundus autem Platoni, vt schola astronomorū testatur, qm̄ dispō natiuitatis altera fuit in Socrate, altera vero in Platone, ꝓpter igitur varietatē discrimēque hoīum in cōplexione sensu, etate, loco cōstellatione natiuitate, accidere potest alterius ac alterius, esse alteram, ac alteram rationalem formam, quo fit vt si & homines vnius sint naturæ & speciei quia tamen differunt his: ideo possunt a motoribꝰ diuersis specie moueri. Et magis hoc patet, quoniā dispositio qua forma leonis educta fuit in materia, & qua hominis vel alterius, differunt ne specie essentialiter. & certum est q̄ non, qm̄ dispō pro forma leonis, non nisi ex quatuor elementis & accñtibus eorū fit fm Auer. similiter dispositio hoīs, differunt autem solum per alteras ac alteras cōmensurationes elntorum, & qualitatū quæ differentia est specifica per accidēs.

Ex his sequitur q̄ drīa dispōnum specifica accidētalis dispositiue potest facere pro vnionibus diuersarū formarū essentialiter, & quāto magis, ꝓ assistentiis diuersorū abstractorū, & non dico (nisi dispositiue) qm̄ essentialiter non oportet. His habitis, ad primū dicerent q̄ maior ē vera in formis inexistentibus, ac inhærentibus cuiusmodi non sunt hæ, quæ sunt assistentes ac adhærentes.

AD 2m dicerent q̄ quēadmodū certa stellarū cōfiguratio induxit hoīes ad bellandum, ita vt mors tantorum accideret, et sic nō est remotū, quin eodē die altera cōfiguratio in alio si in terræ habitabilis faciat ad hominum generationes tot. Vel tametsi intellectus illi sint ociosi a postrema opatione nō tn̄ a prima, nec incōuenit apud hos.

AD tertiū patet sol. tametsi hoīes sint essentialiter eiusdē speciei, tamen accidentaliter differunt specie, & hæc accidentalis drīa a parte hoīum nō arguit diuersam vnionē essentialem formarum, sed bene dispositiue pro continuatione & assistentia formarū diuersæ facit speciei, sed pro inexistentia non, vt dixi, et ideo omnes animationes sunt vnius speciei & animæ separatæ diuersæ, et sic licet aliquę dispositiones sunt vnius speciei accidentaliter, non tamen omnes aggregatū ergo ex omnibus dispositionibus Socratis differt specie ab aggregato ex omnibus illis Platonis: & ideo disponunt pro diuersis rationalibus intellectibus continuandis.

AD quartum The. dicendū q̄ sunt necessariæ ꝓpter intelligere, & propter animationes insimul, & non sequitur, q̄ tunc sic sit in aliis, quoniā in aliis non sunt hæc duo insimul: modo & si a ationes & intellectiones sint unius speciei, quia dispositiones accidentales totales horum hominum differunt specie, ideo egent diuersis motoribus separatis & sic potest positio hæc defendi ab his.

*In quo inducuntur argumenta uera aduersus hanc positionem.* Cap. 11.

ET quoniam hæc positio, & contradicit peripateticis & ueritatis in se, ideo opus est arguere ueris argumentis cōtra eam. primo ergo arguitur, omnis motor in sui opatione pfectissima utens instrō vno vnius rōnis & speciei pro illa, est vnius naturæ fm speciem, sed intellectus est motor in sui operatione dignissima vtens uno instrumento unius speciei, ergo est vnus fm speciem & naturam, maior perspicua est, qm̄ esse instrumenti ordinatur ad esse motoris, sicut in sui finem, & ideo nec plura instrumenta possunt esse vnius motoris, nec vnum plurium. minor autem manifesta est per se. Amplius si rationales animæ differunt specie erunt essentialiter ordinatæ hoc profecto pacto vt unus sit intellectus pfectissimus penes cuiꝰ excessum & recessum reliqui mensurētur, quo fit vt in omnibus alios excedat, vt. s. penes magnitudinē mobilis situm motum & reliqua quæ faciunt mobile honorabile, vt Auer. dicit in 12. meta cōmen. 44 modo nullus inuenitur homo hmōi naturæ, oēs enim sunt æqualis perfectionis essentialis. Rursum partes corporis cœlestis differunt tanta differentia, quanta partes sphæræ humanæ, sed pro omnibus partibus tota sphæræ cœlestis sufficit una sola forma quæ est motor totius ergo pro omnibus hominibus. Vltimo quicquid poni debet a phō naturali debet esse sensatum uel ex sensibus cōclusum, vt. 8. physicorum cōmento. 22. & primo cœli commento. 22. Sed plures rationales intellectus esse specie differentes omnium hominum, nec sensatum, nec ex sensibus concluditur. ergo in secunda figura non decet poni a philosopho naturalis, minor declaratur, qm̄ uel conducetur per impossibile, vel ostensiue, non per impossibile, quoniam declarabitur nullum argumentum cogere id, nec ostensiue, quoniam nec via operationum, nec uia instrumentorum nec aliquo alio medio positiuo vt constat. ergo huiusmodi positio est nuga ac fabula, vt The. recte inquit. Quo igitur pacto positio dicens rationales animas specie differre refellatur his constat.

*In quo inducitur alia pō circa pluralitatē.* Cap. 12.

SI animarum rationaliū plures numero quis senserit adhuc partita erit secta. quoniam uel erunt formæ informantes, inanimantesque, a quibus sumitur differentia essentialis specifica, vel formantes animantesque a quibus animationes uitæ seu vmbræ vel sigillationes fluctuant. Siquidem secūda dicatur secta positio erit Plotini, Calcidii, Iamblici, Procli, & omnium fere platonicorum, hanc quidem n. horum positionem mediam inuenies inter Alexā. & Auer. Alex. enim rationalem animā vitam corporis animationemque eius ponit. Auer. autē nec vitam corporis esse concedit, nec uitam aliquam corpori posse infundere, platonici uero hi rationalem animā uitam esse, corporibus familiarem negant cum Auer. Concedunt tamen familiarem quandam sua præsentia animationem in corpore procreare, ex qua & corpore non homo sed animal conficiatur humanum. Amplius. platonici cum Alexan. multos nobis tribuunt intellectus, discrepant uero q̄ hos multos asserit esse mortalis, platonici æternos cum Auerrois sentiunt. Tu igitur ab Alexan. numerum humanorum intellectuum ab Auer. vero immortale, omnis rationalis intelligentiæ munus tolleto tam habebis platonicorum sententiam. Duas itaque in nobis esse uitas asseuerarunt, quarum secunda sit a prima eiusque sigillum, prima namque in se subsistens, secunda est inhærens corpori prima totum in se quoddam secunda sit pars cōpositi s animalis humani: q̄obrē uita prima quasi forma quędam est animalis quēadmodū sol quasi forma est medii illuminati, scda uero forma corporis materialis instrumentis cōstituti ad animalis officium accōmodati. Harum rationalium animarum intellectus vnus sunt uno modo, plures aūt altero modo. Sunt quidē enim unus fm esse intellectuale redditum actu intelli

gens ab vno lumine, in quo velut in cōmuni forma vnū sunt. Plures vero pro animarū multitudine multi congenitique quemadmodū visus numero oculorum numerati sunt prout vero in uno lumine inuicem cōcurrunt maxime videntur vnum. Rationalem animam non corpori misceri rōnibus duobus testat̄ Plotinus Eneade prima. Si enim corpori misceretur proculdubio inficeretur cadetq; a uita: eo ipso tempore quo viuificatura foret. Amplius ea porro in unum cōmiscente quæ in cōmuni materia inter se conueniunt & genere cōgruunt rōnalis anima magis a corpore distat q̄ albedo a linea, quæ minime cōmiscent̄, ergo nec animā corpori permisceri decet. Quō quidem hac positione saluatur animalis generatio, quōq; eius corruptio Plotinus ostendit ibidem, quando quidē enim in corpus certa conditione affectum vita quædam resultat ab anima quod animare atque fouere (vt platonice loquar) dicitur, & hoc profecto pacto fit animalis humani generatio. Quando vero post vitam hanc quę est & actus imago quædam animæ, hinc abit anima: nō perire quantum est actus animæ, sed desinere vlterius imaginem esse, quēadmodum ac si a vultu imago fiat in speculo, atque discedente vultu restet quidem actus in vultu vigorq; emicans imaginis efficax, sed non restat imago. Tunc vero hic aīæ actus desinit esse imago, qn̄ & deest præparatum corpus ad imaginem resultandā; qn̄ vero p̄sens aderit, tunc et imago perit, et hūc modū dedit Numenius Plotini discipulus, licet uerbis utatur aliis. Quæ quidē igitur sit Platonicorum positio his perspicuū est.

*In quo inducitur argumētum Themistii & aliorū aduersus hanc positionem.* Cap. 13.

Refellit Themistius in primo de anima capite. 23. pōnem hanc sed qualis inquit obsecro animarū illarum sortitio fuerit quę differentia quæ secretio si omnia quæ eadem specie sunt participatione materiæ distinguuntur, ex materia discrimen & differentiam obtinent, quod tertio de anima capite. 32. resumit. Amplius ab eodem in tertio de anima lib. argumentum sumitur hoc, tantum valet vnum principium numero separatum in specie, quantum infinita in operationibus per organa diuersa numero sicut tantum vnus numero deus quantū infiniti dii, tantū vnus numero sol quantum tot quotuis soles ergo si rationalis anima separata est s̄m esse & simpliciter immista vna numero erit & pro uitis & scientiis sufficiens principium & causa, & hæc quidē ratio in principio capitis. 32. capitur. Rursum si plures erunt rationales separatæ animæ, vel erunt necesse esse vel contingens esse siquidem contingens: esse ergo in suis naturis non habebūt esse, & essentiam idem, cuius oppositum Plotinus probat in lib. de voluntate dei, & etiam declaratum est apud omnes peripateticos causam contingentiæ esse materiam: cum igitur s̄m essentias earū sint procul a materia & omnino erūt necesse esse. Si vero necesse esse, tunc uel tota perfectio speciei potest saluari in vnica numero rationali anima, vel nō: si non proculdubio essent diuersarum rationum, in eis enim quæ vnius rationis & speciei sunt quicquid est possibile vni & alteri, vt Auer. testatur. 2. cœli cō. 59. Si vero tota perfectio totius spēi pōt poni in vna sola numero rationali anima, ergo necessario & simpliciter saluata est quoniam, in sempiternis & necessariis, quicquid est posse & melius, est necessarium simpliciter, vt in physica testatur auscultatione Aristo. & Auer. in. 2. cœli cōmen 34. ergo una sola rōnalis anima de facto erit. Adhuc positio hæc destruit totam p̄biam Arist. enim in. 12. meta. probans vnitatem primi principii ex vnitate mundi inquit, q̄ autem vnum cœlum manifestū, & per cœlum mundum intelligit. si enim plures essent cœli, vt homines, foret principium quidem circa vnumquodq; specie vnum: numero uero multa i. prima principia eēnt diuersa numero, eiusdē tamen speciei. Tūc arguit & inquit, sed quæcūq; sunt numero multa, multū habent materiā, una. n. & eadē ratio multorū, ut hois sor uero vnus est ergo. maior, omne diuersum numero ab altero specie conueniens est habens materiam, tunc accepit minorem. d. quod autem quod quid erat esse non habet materiam est igitur minor, sed primū principiū cū sit q̄d quid erat esse nō habet materiā: endelechia. n. i. qm̄ est actus, tunc in scđa figura dedit conclōnē. d. vnū igitur & rōne & numero primū mouens imobile ens &c. Eodē pacto arguere quis potest in proposito oē numeratū diuersum numero ab altero in specie, cōueniens est in materia, sed apud hos rationalis anima est omnino seclusa ꝓculq; a materia & corpore, ergo erit una numero imobilis & simplex, hæc quidem est ratio Aris. nullo uerbo addito nec subtracto si igitur ualet illa Arist. cur & hæc aduersus hos non? & tu rationem hanc melius cōsidera in com. 49. illius. Hoc idem Auer. sumit in primo de cœlo & mundo cōmento 90 & oēs peripatetici. Item quo pacto (dicas mihi) differunt vel per accidens uel per se. Siquidem per accidēs, uel per accidentia eis uel animatis, non animatis, qm̄ illa sunt extrinseca ab animabus non per accidentia eis quoniam cum sint simplicia, et pure entia, subiecta esse nō possunt. Et etiam accidentia simpliciter abstracta a materia non faciunt diffinitionem materialem subiectorū, sed potius ipsa numerantur per subiecta eorū, si per essentias ꝓprias distinguuntur in omni differente ab altero est dare quo differt, & quo conuenit ut in. 5. meta. habitum est. Quæro ergo quid sit id quo differt una ab altera i. quid sit ratio differendi, uel essentia animæ, uel aliquid præter essentiam, non aliquid præter essentiam, qm̄ in eis idem esse & essentia est apud hos. Si essentia ergo differunt specie quoniam omnis differentia cuius principium et ratio differendi est forma & essentia est formalis, & specifica, & sic rationales istæ animæ erunt specie differentes, quod ipsi negant, ideo apud me: si rationales animæ fuerint separatæ s̄m esse a materia proculq; a corpibus ut dicunt, alterum (crede mihi) sequit̄, q̄ uel differunt specie, uel unā op3 eē numero rationalem aīam oībus hominibus cōem, quod The. euitare nō potuit, & ideo in unitatem rōnalis animæ labitur tandem in tertio lib. capite. 33. Quō quidem igit̄ refellatur positio platonicorum his patet.

*In quo narratur positio altera.* Cap. 14.

Si uero rationales animæ erunt hominum formæ informantes animantesq; ꝑ. s. uite & animationes ipsę animalium rationaliū. Adhuc uel animæ erūt plures, & intellectus unus numero, uel animæ & intellectus plures ac eodem modo numeratæ. Si animæ erunt plures & intellectus, sic positio erit quorūdam ueterum: quā quidam nostri temporis conantur defendere, dicentes rationales animas esse æternas, tum a parte ante, tum a parte post: tot profecto numero entes, quot sunt in hoc instanti præsenti indiuidua hominum, quæ cum finita sint, & ille finitæ erunt, adiiciuntq; unam esse in uno corpore eāq; exire a corpore alterum, atque alterū viuificare, generatio enim vnius hominis est alterius corruptio, ut fingunt, quæ enim terminus est generationis Socratis, ipsa ē primum non esse Platonis, & quia contingit infinitos homines genitos fuisse, ac infinitos corruptos, ideo cōtingit unam rationalem animam infinities corpora infinita uiuificasse eaque extinguisse sui absentia. Quod si aduersus hos Arist inducatur in erroribus qui Pythagoram cōfutat, dicunt Aris. non positionem reprobare, sed intelligendi ponēdiq; modum. Pithagora enim hoīum animas migrare dicit, non tantum in hominibus, sed in brutis propter q̄d brutales animæ & hoīum eiusdem speciei dicit, ad quem instat Arist. inducens tunc eas esse corpora & alia multa impossibilia. Adiiciūt & item rationalē animā esse plenam omnibus scientiis ac artibus, differenter tn̄ a Platone, qm̄ Plato animas creatas dicit a creatore accepisse habitus omnes, tum practicos, tū speculatiuos, & ideo scire reminisci dicit. Aristot. autem ponit huiusmodi rationales animas plenas esse scientiis ac habitibus, quoniam infinities steterunt in corporibus & infinities exiuerunt

propter quod infinitos habeāt habitus, uel tot quot sunt possibiles haberi, & ideo cum Plat. Aris. apud hos cōcors erit, quātum ad id ꝙ scire nostrum reminisci dicit. Hi igitur multa alia dicunt, quæ superflua essent narratione. Quæ quidem sit eorum positio his patet.

*In quo impugnatur positio hæc. Cap. 15.*

SEd aduersus hos facile est arguere, quoniam eo dato. Tu esses per esse mei, & ego per esse tui, vniuersaliterq́ homo esset ens, antequā esset & sic homo nō esset generabilis & corruptibilis in eo ꝙ homo. Sed si fuerit erit in eo ꝙ animal. Præsentes cōsequētias ponit Auer. in magna digressione, & omnes sunt demōstratiuæ, supposito ꝙ rationalis anima sit vita & animatio hominis totiúsq́ esse illius, & probare eas est superfluū. Amplius contingeret: ꝙ cum ego acquirerem aliquod intellectum tu etiam acquireres id, vel saltem ꝙ vna numero scientia esset mea quæ fuit tua, & multa alia īpossibilia. Rursum vt Auer. arguit primo meta. cōmen. 33. quoniā tunc homo non vere corrūperetur nec vere desineret, qm̄ cuius esse & essentia remanet, uere nec fit, nec generatur, et cum hmōi esset in ꝓposito, ergo positio hæc fictio est. Adhuc quid extrahit generans uel formam, uel materiam, uel compositum, & si formam, ergo nō præfuit, & si materiam, ergo genita esset, & si compositum, ergo solam vnionem, ut dicam post. Item tunc dispositiones agētis nihil facerent, quoniam non continerent formam genitorum, sed tantum præpararent contra omnes peripateticos, agens enim non præhabet multitudinem sed perfectionem, ut Auer. dicit in. 8 meta com. 15. Præterea nō plus differret for. A Platone q̄ Sortes senex a seipso puero, & quid impossibilius ac derisibilius. Amplius dictū famosum Arist. & Auer. primo de anima com. 53. et mēbra leonis inquit non differunt a membris cerui, nisi quia anima differt ab anima quod Auer. dicit in secūdo de anima com. 60. magis enim est dignum extimare ꝙ differentia subiectorum est propter formas q̄ econtra. Propter quod inquit Auer. 2. meta. commento. 15. ꝙ in ipsis naturalibus est principium: ꝙ formæ propriæ sunt in ꝓpriis materiis, & hoc Aristo. inquit in. 2. de aīa, & nō sicut priores ad corpus aptabant ipsam nihil diffinientes in quo & quali, unusquisq́ enim actus in propria materia natus est fieri. Vbi Auer. in cōmento. 26. uoluit Arist dixisse totū hoc propter antiquos, qui animas migrare dixerūt. Ex his igitur remanet positio hęc impugnata.

*In quo narratur positio Simplicii. Cap. 16.*

SI rationales animæ erunt plures & intellectus vnus sic Simplicii erit positio, imaginatur enim Simplicii ex intellectu & omnibus præcedentibus formis in corpore humano præuiis, constitui rationalem animam, quæ quidem est quoddam totum constituens in esse hominem & quoniam cogitatiua seu sensitiua anima pręcedens est multiplicata, proculdubio rationalis anima est numerata per corpora, quemadmodum enim materia est vna numero priuatione formarum in se: & tamen per formas partitur, & fit altera: alteraq́, sicut altera atq́ altera est forma: sic intellectus unus est potentia, fit tamen alius atque alius, prout alteri atque alteri sensitiuæ unitur fm esse, & sic fiunt plures animæ rationales scdm corpora: licet intellectus sit vnus sicut materia. Et si dicas ergo rationalis anima est corruptibilis, cōcedunt rationalem animam esse corruptibilem totam ratione partis quę est totum præcedens eam in corpore humano, tamen intellectus in se corruptibilis est. Est enim una anima numero unius hominis, cuius una pars est intellectus corruptibilis, & altera est totum quod præcedit. s. sensitiua & uegetatiua, quæ est unum faciens cum intellectu, & sic totum id est corruptibile ratione præcedentis partis, intellectus autem sempiternus. Et hoc sentire uidetur Ari. 12. diuinorum. d. in quibusdam enim nihil prohibet, ut si est anima talis, non omnis. i. tota: sed intellectus: oē nāq́ impossibile est forsan: ecce quo pacto Arist. dicit totā animam esse corruptibilem, sed intellectus permanet. Et si dicis quando corrumpitur totum, ubi remanet intellectus, dicunt quidam ꝙ remanet in se, sicut materia, quando enim generatur homo statim accipit intellectum tanquam partem animæ suæ, & quando corrūpitur perdit animam licet intellectus remaneat. Et apud Simplicium saluatur multitudo rationalium animarum, et quomodo rationalis anima dat esse homini, & saluatur sempiternitas intellectus. Quod uero ex intellectu & toto præcedente i cogitatiua fiat una anima patet, qm̄ fit ab eis una operatio numero quemadmodum inductio, cuius præmissæ sunt singulares, & sensu conceptæ, propositio conclusa est ule ab intellectu concepta, ergo una ratio est numero ab utraq́, ergo sunt una forma adæquate, & sic nō differunt nisi fm partē. Hanc positionē multi credūt esse mentē Platonis, quēadmodum Alga. inquit enim & forte aliquis diceret ꝙ opinio Platonis est uera ꝙ anima est una & antiqua, & diuiditur diuisione corporum, & in corporea separatione reddit ad suam radicem, & unitur hęc ille in libro destructio destructionum in dubio octauo primæ disputationis, ubi Auer. in solutione illius dubii inquit, & ideo anima Petri, & anima Guielmi quodā modo possunt dici una & eadem, utputa ex parte formę & sunt multæ alio modo uidelicet respectu subiectorum.

Et ibidem in solutione dubii. 23. ait omnes communiter opinati sunt ꝙ animæ innouatio est relatiua. s. ꝙ hęc innouatio est eius adiunctio cum corporeis possibile dictam adiunctionem recipientibus, eo modo, quo præparationes & potestates speculorum recipiunt adiunctionem solis radiorum, ergo ex mente Auer. positio hæc uidetur esse & nō tantum Simplicii. Idem etiam sentire uidetur Auer. commento 38. 12. diuinorum. Inqnit n. Et ex hoc quidem apparet bene, ꝙ Arist. opinatur ꝙ forma hoīum in eo ꝙ sunt homines non est nisi per cōtinuationem eorum cum intellectu, qui declaratur in libro de aīa. Ecce quo pacto plane positionem hanc Simplicii sentit Auer. occasione horum uerborum, & multorum aliorum aliq. credunt positionem hanc esse intentionem Auer. s. ꝙ rationalis anima sit composita ex intellectu potentiæ, & toto præcedente. s. uegetatiuo sensitiuoq́, ex quibus terminatur ac conficitur forma quędam simplex, quæ actu est uegetatiua sensitiua ac rōnalis, quæ forma sit hoīs fm esse multiplicata per hoīes ac numerata, licet intells sit unus in se, ut diximus. Sed qm̄ hæc positio habet multos declaratores, in ea amplius non persisto, sed relinquatur his qui cupiunt eam defendere.

*In quo improbatur hæc positio. Cap. 17.*

TAmetsi hæc positio Simplicii sit mens, attamē proculdubio hæc dictis & fundamentis Auerrois obsistit primo, quoniā quādo ex aliquibus fit unum per se oportet, ut alterum sit per se actus, alterum per se potentia, cum igitur ex intellectu et tota forma pręcedenti fiat una anima per se, tunc aliquod erit actus per se, & aliquod potentia per se. Vel igitur intellectus est per se potentia, & sensitiua præcedens actus per se vel econtra. Siquidem primo modo hoc est contra Auer. in primo metaphysicæ, cōmento. 17. vbi vult ꝙ forma generabilis sit prior, & illa quæ est ī potētia prior ea, quæ actu. tunc intellectus prius nobis adesset q̄ sensitiua, cōtra Aristotelem, & in libro de animalibus decimosexto. capite decimo. & in libro de anima sæpe, vltima enim inquit ortu rationalis, & intellectus est.

AMPLIVS tunc sensitiua est perfectior intellectu: est enim actus simpliciter perfectior potentia, & magis ens, quod est contra totam philosophiam, est enim intellectus diuinum quoddam. Rursum si actus esset sensitiua potius intellectus traheretur in specie per sensitiuam quam ecōtra, quoniā ultima differentia sumitur ab actu. Item vna forma esset forma duorum subiectorum pri-

mo et per se qm̃ sensitiua est forma subti humani et intellectus: quæ sunt duo genere diuersa, hoc autem impose, unam enim formā habere plus uno subiecto est impose: vt Auer. inqt in lib. de sub̃a orbis, his credo eos nō posse credere hanc partem. Si uero dicant (vt Simplicius senti re videtur) q intell's est tanq̃ forma & per se forma forma rū, vt The. ait & tota forma pcedens est tanq̃ mā: immo per se mā intell's. Tūc sequit̃ q illa forma prior erit æter na. cōsequentia est Auer. in. 3. de anima com. 36. d. (quoniam si fuerit receptio cōtinget ut generatū recipiat æternū & assimilet et, sic generatū fiet æternum) & hæc quidē Auer. demonstratiua est cōsequentia qm̃ æternū in essentia, bene potest recipere nouum sicut materia prima, qm̃ est quid potentiale, & esse quod habet recipit ab altero, sed actus æternus non potest uniri per se generabili potentiæ, qm̃ omne vnitum alicui per se & actus illius cōstituit id in esse sibi simili: actus enim humanus cōstituit hominem, forma æquina æquū, & vr̄ omnis actus cōstituit potentiā ſm esse quod habet, ergo si est actus æternus et simpliciter incorruptibilis, constituet potentiā in esse æter no, & simpliciter incorruptibili, & inde est vt forma æter na, vt intell'ia cœli sit actus mobilis æterni simpliciter.

AMPLIVS inquit Auer. in cōmento magno. diuersitas. n. nāæ recepti facit diuersitatē naturæ recipiētis, hoc igit̃ mouit Arist. ad ponendum hanc naturam esse aliam a natura materiæ, arguo sic intellectus est vnus nume ro simpliciter et incorruptibilis omnibus hoibus: ergo recipientia intellectum erunt vnū numero simpliciter & incorruptibilia. Cōfirmatur inquit Auer. 2. de aia com. 60 & nō potest aliquis dicere q ista diuersitas accidit propter diuersitatem subiecti, ita q fiant intētiones propter materiam spiritalē, quæ est sensus non ,pter motorē extrinsecū, melius est enim extimare q, causa diuersitatis materiæ sit diuersitas formarū, non q diuersitas materiæ sit causa diuersitatis formarum. Ergo ex his sequitur si intellectus est vnus numero simpl'r in se et in corruptibilis oēs animæ erunt vna numero & incorruptibilis, & sic totus homo erit corruptibilis. Quod si dicas q intellectus est actu numeratus, attamen potentia est vl'is & vnus numero ſm rōnem, sicut materia prima est actu multa, potentia autem diuersa: prout diuersis vnitur formis. Hoc contradicit Auer. & rationibus Auer. quidem, qm̃ inqt in. 3. de aia, cōmen 19. sic, & ideo opinandū est ſm Aris. q vltimus intellectuū abstractorum in ordine est iste intellectus materialis. actio enim eius est diminuta ab actione illorum cum actio eius magis videatur esse passio quā actio, intellectus ergo est abstractum, quemadmodum & quælibet intelligentia, licet in vltimo. Sed dicit Auer. in separatis a materia non est plus vno indiuiduo in specie, vt primo cœli, cōm. 90 ergo intellectus actu est vnus numero in tota specie, & sic est actus vnus numero, & nō potentia, adhuc inquit in commento magno, sed opinandum est q in anima sunt tres partes intellectus, quarum vna est intellectus recipiens, secunda autē est efficiēs: tertia autem est factū & duæ istarum sunt æternæ. s. agēs & recipiens tertia autem est gn̄abilis et corruptibilis uno modo æterna alio modo qm̃ quia opinati sumus ex hoc sermone q intellectus materialis est vnicus omnibus hominibus, & etiam ex hoc q sumus opinati quod species humana est æterna, vt declaratum est in aliis locis, necesse est vt intellectus materialis non sit denudatus a principiis naturalibus cōibus toti speciei humanæ &c. Ecce q ipse ponit intellectum potentiæ esse partem rationalis animæ vna cum agente, & nō partem. s. rationalis animæ corruptibilis. Et ibidē dicit, opinandū est enim q hoc est quartū gn̄ans esse, quēadmodū enim sensibile esse diuiditur in formā & mām sic intelligibile esse op3 diuidi in cōsimilia his duobus s in aliquod simile formę, & aliqd' sile māæ, & hoc est in omni intelligentia abstracta necessariū quæ intelligit aliud &c. Ecce quo pacto intell's est quid actu vnus numero pars intelligētiæ separatæ & tu ex cōsimilibus verbis potes infinities idem colligere. Contradicit etiam rationibus quoniā si intellectus non esset nisi vnus ſm rationē, tunc esset actu extra aiam ens vl'e in potentia, & sic indiuiduum demonstratū, & sic corpus uel uirtus in corpore & sic generabilis & corruptibilis.

AMPLIVS esset hic, quoniā omne receptū in sub̃to demōstrato recipit ens & formam demonstratā, cum sensitiua sit forma demonstrata, ergo erit intellectus virtus hęc indemonstrata, & sic idem quod prius. Ex his et aliis apparet falsitas huius opinionis.

## *In quo ponitur alia positio de mēte Auer. quæ conatur saluare verba Aristotelis. Cap. 18.*

SVnt & alii viri in pħia præclari, qui voluerūt quasi mediare inter latinos & Auer. vt Suggerius cōtemporaneus Thomæ in quodam tractatu misso Thomæ in responsione ad illum Thomæ, qui opinatur cum Auerroicis intellectum materialem esse formam perpetuam, ex utroque latere, & q non est formam materialis hoc est educta de facultate materiæ generabilis aut corruptibilis. & q sit unus numero omnibus hominibus, & ideo dicit q positiones latinorum oppositum sentientes in hoc philosophiam penitus non sapiunt & hæc conatur probare rationibus Auerro. & ego notaui eas in expositione mea libri tertii de anima in singulo loco ubi Auerro tangit illas. Et in cōmento meo tractatus de fœlicitate Auerro. declaraui illas quatuor rationes, quas ibidem tangit Auerrois. Amplius voluit hominem esse per se vnum compositum ex corpore & intellectu materiali prædicto directe reponibile in prædicamento substantiæ, sub animali intrinsece denominatum ab intellectione & constitutum in ultimo esse specifico: ab ipso rationali, quod sumitur ab illo intellectu materiali prædicto. Et addit, nec potest intellectus informare materiam non informante cogitatiua quia non stat materia sine forma constituta in esse per eam, & nō potest intellectus formare sine sua proxima dispositione, et ultima quæ est cogitatiua propter quod inquit cogitatiuam ordinari in intellectiuam quamuis cogitatiua non sit forma generica, nec potest cogitatiua informare materiam, non informante intellectu, positis enim informabili vltimate disposito & informatiuo ponitur informatio, est autem materia informata cogitatiua informabile propinquum, & vltimate dispositum ad recipiendum intellectum, & sic potest vna forma substantialis esse dispositio ad aliam, dummodo illa forma præparans non sit materiæ ratio recipiendi, ecce quomodo esse hominis in eo q homo est vltimo per hunc intellectum, & quomodo differentia hominis in eo q homo sumitur ab hoc intellectu vltimate. Et postremo addit intelligentias esse indiuidua eadem cum earum quidditatibus, propter quod intellectus materialis cum sit infima intelligentiarum erit ipsa ut indiuiduum sua quidditas 7 enim metaphysi. commento. 41. & tertio de anima commento. 9. et. 10. in abstractis a materia nō differt quidditas ab eo cuius est intell's ergo materialis erit indiuiduus & singularis & per consequens nō repugnat intellectum dare esse hoc, quāuis sit etiā quidditas vl'is, et sic indiuiduū humanū, ut sor. hēt eē hic ab intellectu, sed a materia diuisa iformabili cogitatiua informante, mediantibus dimensionibus oritur possibilitas multiplicationis indiuiduorum sub eadem specie, quæ omnia propter esse vniuersale intellectus informari possunt illo & ab illo sumere suum esse hic & vnum uult ergo ipse intellectum inquātum quidditas partiri per materias informatas dimensionibus et cogitatiuis inquantum est indiuiduum esse id per quod indiuiduū hominis est hoc: intellectus ergo, vt habet esse reale, est forma suo orbi, vt habet esse intentionale, est materia omnium intellectuum separatorū. Ecce quomodo mediat inter latinos & Auerroicos, ab Auerroicis enim accepit intellectus impartibilitatem immaterialitatē & vnitatem, a latinis autem q sit forma constituens hominē, et hunc hoiem, hominē in eē

specifico, & hũc hoĩem in eẽ hoc, & sic dare eẽ indiuiduo & spẽi, & sic eẽ id a quo sumit ultima dr̃ia specifica et ulti mata, cõfirmat aũt hanc vltimã partẽ esse mentis Auer. ex multis quæ disparsim in hoc libro dicenf. Q̃uo quidẽ igit intell's det esse, & q̃uo fit vnus & imaterialis. Ampli' q̃uo hæc positio differat a præcedẽti: his perspicuum.

*In quo contradicitur huic positioni. Cap. 9.*

APparet profecto quomõ iste vir, & sui sequaces tantum vt fugerent argumenta latinorũ in hanc positionẽ lapsi sunt, sed profecto isti contradicũt omnibus fundamentis Auer. nec aliquis latinorũ verorũ hanc positionẽ Auer. dudũ scripserit, licet Ioan. Picus vt ostenderet se posse sustinere oẽm positionẽ, quantũcunq; falsam, conatus sit mecum põnem hanc sustinere ad mentẽ Auer & Arist. The. & omnium antiquorũ expositorũ Arist. sed pace horũ, hęc positio nõ est intelligibilis ad mentẽ Auer præcipue quod pluribus rõnibus ostẽditur ex eius verbis acceptis, prima omnis causa formalis alicuius cõpositi intrinseca & constituens id in esse est cum genereratione illius Auer. 12. meta com. 16. sed intell's nõ est cũ gñatione indiuidui hoĩs, ergo nõ est forma constituens id in esse hoc vltimo &c. Nec valet quod dicebat. Ioan. Picus Auer. & Arist. ibidem loqui de formis cõstitutis in esse p materiã hoc est eductis de facultate materiæ. Qm̃ statim mouet qõnem. d. si aũt aliqd maneat posteri' perscrutandũ est: in q̃busdã. n. nihil ꝓhibet: vt si est aĩa talẽ non oĩs, sed intell's, omne nãq; impoĩe est forsan, dubitatio ergo nõ est i inceptione formæ, qm̃ oẽm formã simul incipere cũ generatione cõpositi accipit confesse, ex differentia agentis & formæ, sed de remanentia formidat arguo modo, eo modo accipit formã in inceptione, quo modo formidat in definitione, sed formidat vniuersaliter: & maxime de intellectu. ergo &c.

SECVNDO arguit Auer. formaliter contra hos in primo meta. com. 33. d. & etiam impoĩe est extimare formas esse abstractas a substantiis, quarum sunt formæ & substantias non esse scilicet quod est impossibile formas remanere, & deficere res, quarum sunt formæ, quoniam tunc non esset generatio, neq; corruptio &c nescio si apertius potest repiri auctoritas & ratio. Tertio nullũ æternum simpliciter & in substãtia et in quolibet sui potest eẽ actus vltimus alicuius rei corruptibilis Auer. ibidẽ com. 35. 31. & 3. meta com. 9. sed intellectus est simpliciter æternus in substantia & quolibet sui: ergo &c. Quarto si intellectus constituit hominem in esse hoc vltimo, ergo hõ esset anteq; generaref ꝓbaf consequentia, qm̃ totũ eẽ est a forma, ꝑm Auer. ꝙ cuius forma ꝓcessit totũ eẽ simplr̃ ꝓcessit: & totũ simpliciter generatur, ergo aliquod simpliciter generatur, quod simpliciter præcessit, & hæc fuit ratio Auer. tertio de anima in digressione magna quam non soluit nisi. d. intellectũ non dare esse vltimate. Quinto tunc omnes hominet eẽnt vnus homo numero simpliciter quod est contra sensum, consequentia probatur, vel intellectus primo & per se perficit naturã specificam, uel naturam indiuiduam si naturam specificam. vel illa habet esse reale uel intentionale si reale ergo natura specifica erit hæc vna numero, probatur cuius actus est vnus numero simpliciter ipsum est vnum numero simpliciter. Etiã natura specifica haberet esse extra animam, & sic esset idem indiuiduum extra animam ꝙ sua q̃ddítas & sic esset idea Platonis. Si esse intentionale. Tũc actus realis perficeret esse rationis, & quid absurdius. Si dicatur ꝙ intellectus primo & per se perficit indiuiduum, tũc arguo, cu us prima perfectio essentialis & intrinseca primo & per se est vna numero, in tota specie ipsius perfectibili, primo & per se adæquate est vnum numero in tota specie, & qui negat hanc est fatuus, ergo vnum tantum esset indiuiduũ hominis in tota specie hominis & hoc argumentum est demonstratio. Sexto in generatione substantiali huius hominis quæramus quis est terminus generationis talis formalis, vel intell's, vel cogitatiua uel congregatũ ex intellũ & cogitatiua. Si intell's ergo intell's cõtinebitur in facultate materiæ, & in potentia motoris, ergo educetur de potentia materiæ, si cogitatiua ergo esse specificũ & vltimatũ erit ab ea, qm̃ generatio est in esse specificũ via, si ergo vltimo primo & per se formaliter est in illã, tanq; in terminũ, illa erit vltimus terminus essendi, & sic omnis forma adueniens post illam erit accidentalis, vt. d. Auer. 1. physi. auscul. com. 69. Si terminus erit cõgregatum ex eis, ꝙ ex eis fuit unũ p se, qm̃ generatio ẽ unus p se motus, & per cõsequens terminus eius debet esse vnus per se, & sic ex cogitatiua & intellũ fiet vnus terminus formalis generationis hominis, ergo fiet vna forma per se, & sic redderf prima põ quã isti irruunt fortiter. Septimo, si cogitatiua dat esse hoĩ, vel specificũ, uel genericũ, si specificũ ergo hõ reponef in specie per cogitatiuã, ergo superfluit intellectus. Vel ponef in una & eadem specie per duas formas diuersas, plusq; cœlũ differat a terra qđ est derisibile si gñica isti cõtradicunt sibi. Etiam tunc illa non esset terminus generationis hoĩs in eo ꝙ hõ nec daret esse homini in eo ꝙ homo, nec faceret dr̃iam indiuidualem quæ oĩa sunt cõtra eos. Octauo si cogitatiua recipit realiter intellectum ergo potest cõprehendere ipsum, probo, qm̃ intellectus est sua quidditas, ergo si cogitatiua recipit intellectum ꝑm esse indiuiduale cũ esse indiuiduale sit sua quidditas, tunc cogitatiua potest recipere quidditatem intell's. Sed intellectio nihil aliud est nisi receptio quidditatis uniuersalis ꝑm Auer. ergo cogitatiua poterit apprehendere intellm̃ & sic forma materialis apprehendit abstractum contra Auer. 2. de aĩa: com. 63. & in. 3. de anima com. 33. & alibi. Nono arguitur, si intell's recipitur realiter in cogitatiua est æterna ac semp copulata intellectui, cõsequentia est Auer 36. com. 3. & ꝓbatur per principium Auer. contra Aui. in primo de suba orbis, oĩs forma indiuisibilis æterna constituit suũ subiectum in esse æterno, & qui negat hoc debilitat processum Auer. Decimo, si intell's cõstituit hominem in esse, uel est totus in toto homine, uel totus in toto, & pars in parte, non scđm, qm̃ tunc intell's esset forma diuisibilis extensa per corpus, qđ non concedunt. Si primum ergo pes intelligeret, qm̃ in pede est cogitatiua, cui inest intell's ergo &c. Vndecimo, si intells inheret cogitatiuæ uel hoĩ formalr̃. tunc intell's est numerus ad numerationem hoĩum qm̃ diuisio formę numeralis est ꝓpter materias. Duodecimo, si intell's inhæret hoĩ ergo est hic & demr̃atus, & si est hic & demr̃atus, tũc oẽ receptũ in eo esset forma in potentia, & sic processus in infinitũ. Tertiodecimo, nullũ uĩe p essentiam recipif in aliquo subto particulari, hæc est per se nota, qm̃ vlẽ participatione est ubiq; & semp, ergo magis uĩe per essentiam. Sed intellectus potentiæ est uĩe quid per essentiã, ut ꝑspicuũ ẽ ergo in nullo subto recipif pticulari nec vli. Quartodecimo, qm̃ Arist. in prima pħia inqt principia rerũ particulariũ sunt particularia, potissimũ aũt principiorũ est forma, ergo ipsa est particularis in hoc particulari, & sic intell's qui est principiũ totale essendi huic particulari ipse erit particularis. Quintodecimo, nullus motor, unus numero simplr̃ est actus perficiens & vtẽs in uno tpe numero pluribus mobilibus numero ut patet in natura et arte. Sed intell's est unus simplr̃ numero, ergo non potest perficere, & uti pluribus mobilibus numero. Sextodecimo mirabilius arguit Alber. si esset unus numero intell's, q̃ est subalis forma hoĩs, cõtingeret ꝙ plures hoĩes vnã in numero haberẽt formã hoĩs, & nõ vnã aĩalitatẽ, qm̃ hõ est aĩal ex sensitiua, hõ ex intellũ, & sic cõtingeret ꝙ nã gñis indiuiduaref, & dr̃ia specifica maneret uĩs nõ ĩdiuiduata & sic vnũ indiuiduatũ eẽt cõpositũ ex ĩdiuiduato, ꝑm eẽ & nõ ĩdiuiduato, & hæc rõ Alberti cõtra hos ẽ firma de mr̃o. Septimodecimo, si intell's cõstituit hoĩem in eẽ, tũc uel intell's est diuisibilis, vel hõ est indiuisibilis, q̃ sunt contra Auer. cõsequẽtiã ꝓbat Auer. 1 de suba orbis, qm̃ uel dimensio præcedit intellm̃ in materia uel sequif, si ꝓcedit ergo intell's est diuisibilis: oĩs. n. forma recepta in subiecto

extenso.

extensio & quanto, est extensa & diuisibilis. Si dimẽsio non recipitur ante intellectum. ergo cogitatiua fuit in diuisibilis recepta in materia indiuisibili, & sic homo esset quid indiuisibile contra sensum. Dixit Ioan. Picus, ꝙ intellectus in hoc homine recipitur post dimẽsionem, licet non absolute: nec oportet ut diuidatur, qm̃ uerbũ Auerrois non uerificatur nisi in formis constitutis in esse per subiectum. Sed pace sua Auer. primo de suba orbis dedit propter hoc animam cœli recipi prius in corpore cœlesti ꝙ dimensiones, & tamen anima cœli non est constituta &c. Decimooctauo nõ minus differũt plura membra alicuius hoĩs per ꝓprias formas partiales ꝙ indiuidua humana inter se, sed Auer. & Auic. uolunt hominem unum esse vnum numero ab una forma ultima, non obstante drĩa specifica membrorum. ergo oẽs homines essent unus homo numero simplr̃, nõ obstãte differentia partiali, per cogitatiuas formas. Decimonono si intell's esset forma cogitatiuarũ hoĩum, tũc possem tenere oĩa corpora mũdi differre ꝓpriis differentiis partialibus, & constitui ab uno intell'u numero vl'i, qui est Deus: & sic esset error Varronis ꝙ Deus sit aĩa mũdi. Vigesimo si una forma specifica perfecta potest recipere alteram in esse tunc elementa nõ deberent frangi in misto in subiectis, ut deducit Auer. 3 cœli com. 67. ꝯña tenet, qm̃ dicerem plures formas recipi ab inuicem non esse remotum. Vigesimoprimo. si intell's reciperetur in mã & cogitatiua, ut isti uolũt tũc intell's haberet duo subiecta. ꝯñs est contra Auer in. 1. de suba orbis vbi inquit, unam formam hr̃e plus uno subiecto est impoĩe, ꝯña patet, qm̃ intell's reciperetur in cogitatiua et mã nec ualet fugere ꝙ nõ est incõueniens hr̃e duo subiecta, quorum unum sit mediatum alterum immediatum, qm̃ tũc nihil haberet contra antiquos & Auic. dicerem. n mãm hr̃e formam propriam, & tamen recipere alias formas, nec incõuenit unam formam recipi in forma illa ꝓpria mãæ immediate, & in mã mediate, sicut dicis, qm̃ unam formam hr̃e duo subiecta, unum immediate, alterũ mediate nihil prohibet ut obiicis. Vigesimosecundo arguitur. tunc intell's esset accñs, qm̃ omne adueniens enti in actu specifico & vltimato est accñs. 1 phys. com. 69. & 2. de anima com. 4. Sed intell's aduenit composito ex cogitatiua, & materia, quod est ĩ actu specifico ſm hos ergo intell's est accidens, conclusio falsa & non maior, ergo minor. & sic põ falsã. Vigesimotertio, tunc nulla esset uia ꝓbandi mãm primam esse puram potẽtiam in genere substantiæ, contra totam pbiam, ꝯñam probo, qm̃ tota uia sustentatur in hãc ꝓpõnem, nullum ens in actu recipit formam substantialem. & hanc accipit Ari. in perigeneseos, & in physica auscultatione, et in diuinis & alibi cui addendo hanc minorem. materia recipit oẽs formas substantiales, concludunt pbi ergo materia non est ens in actu. ecce quõ maior est tota uis argumenti. Si ergo cogitatiua uel compositum ex materia & cogitatiua recipit realr̃ intell'm, ac formalr̃, tunc ens in actu reciperet formam substantialem: sed hæc est maiori contradictoria ergo maior falsa, & sic tollet uia illa, & possem substinere materiam esse actum uel ens in actu. Vigesimoquarto oẽ recipiens debet esse expoliatum a naturis rerum receptarum, tam in receptione reali ꝙ spũali, ut dicit Auer. 2. de anima comm. 67. sed materia recipit omnes formas subales. ergo in recipiendo alteram formarum subalium debet esse expoliata ab omni. ergo nõ recipit & intell'm per cogitatiuam, tanꝗ per rõnem recipiendi receptiuam. Vigesimoquinto arguitur, omnis forma posterior receptione in materia est terminus finalis priorum adeo ꝙ continet omnes priores virtualr̃, sicut figura posterior cõtinet priores uirtualr̃, ut dicit Aristo 2. de anima. sed intell's est forma ultima receptione. ergo continet uegetatiuam sensitiuam, & omnes alias virtualr̃, & per cõsequens intell's erit uirtute uegetatiua sensitiua & intellectiua. ergo omnes superfluunt, & sic redibit põ omnium latinorum dicentium rõnalem animam esse potestate uegetatiuam et sensitiuam, et esse principiũ omnium operationum harum per se.

NEC potes dicere intell'm esse priorem, qm̃ tunc esset imperfectior, priora n. gñone sunt imperfectiora vt dr̃. 9. diuinorum. Vigesimosexto omnis forma ultima est ultimus terminus gñonis per se, sed intell's est forma ultima apud istos, qm̃ ab eo sumitur nomẽ & diffõ hominis. ergo intell's est ultimus per se terminus gñonis sed omnis terminus gñonis continetur in potẽtia agẽtis & mãæ, & per ꝯñs extrahitur de potentia materiæ, ergo intellectus extraheretur de potentia materię. Vigesimoseptimo, si intellectus esset formaliter copulatus homini a principiis naturæ, tunc phantasma non esset medium copulationis intellectus cum homine, & sic totus labor Auer. in. 3. de anima in declarãdo medium copulationis fuisset ociosus. ex his & aliis dispersim meis argumentis potes iam colligere põnem hanc contradicere fundamentis Auer expræsse, & licet horum argumentorum quædam uideantur facilia solutu, quædam nõ consumato in dictis Auer facient forte ꝓbabilitatem.

*In quo narratur altera positio. Cap. 20.*

SI uero rõnales animę erunt tot quot corpora nõ quidem æternæ, sed ex Deo creatæ, & in instanti creationis infusæ, põ erit nostra ꝗ post ponere uolo: qm̃ hãc sustinere fouereq; intẽdo, iõ licet ad alterum mẽbrum trãsire. Si igitur rõnalis anima unica ponitur uel dabit eẽ corporibus hominum, uel operari tantum, si esse, sic põ erit Them. & Theophrasti Eudemii Simplicii, & multorum expositorum ueterum, inquit. n. Theo. 1. de anima cap. 23. nam ea quæ princeps est, & quæ intell's uocatur. forte potest abiuncta defendi, quæ uim intelligendi animę immittat & influat, at reliquas naturas inhærere, & quodammodo intexi corporibus, necesse est, si præstare uires, & actiones suas debent, in tertio uero, cap. 33. asseritiue hoc inquit. d. aut. n. eandem rem non intelligũt præceptor cum docet, et discipulus cum docetur, ꝙ falsum esse nemo est, qui nesciat: aut si eãdem intelligunt idem ambobus actus est eoq; substantia eadem. Et cap. 39. inquit ex his oĩbus manifestum puto esse, nõ ꝓpter rõnem sentire qui dicant Ari. & Theophrastum extimasse aliud esse intellectum patibilem & corruptibilem, quem illi cõem uocãt, & corpore nõ abiũctum, aliud totũ id qđ ex intellectu agente: & intellectu potentiæ cõponitur, qđ & separatum a corpore, & incorruptibile, & ingenitũ statuũt atq; ita fieri, ut partim duæ naturæ sint, partim una, nam & id quod ex duabus facultatibus forma & mã cõditur unum esse intelligimus. Et cap. 37 in fine postquã Platonis uerba induxit inquit, ex his abunde manifestum, arbitror: manifestum factum Platonem ex his partibus quæ pertinerent ad animam solum, intellectum immortalem putasse, contra tum omnes affectus, tum rõnem in affectibus constitutam mortalem, ꝙ Aris. patibilem appellat. Et cap. 35 inquit vr̃ hoc loco Aris. cum dicit cõmune patibilem & corruptibilem intellectum accipere, nam intellectum potentiæ nulla dubitatio est, quin impatibilem & separatum putauerit, & qui formas rerum posset concipere, & qui nihil esset actu, sed potẽtia, item qui cum corpore misceri non posset, & cui nullus usus corporei instrumenti esset & reliqua. Quod uero agẽs intellectus separatus sit non opus est ostendere. id. n. constat. Tum cap. 26. Tum. 29 Tum. 31. Tum. 32. Tum 36. Tum. 39. omnibus. n his in locis id aperte reperies. Ex his omnibus colligere uolo totam rationalem animam, quæ ex intellectu potentię, & agente fit esse a corpore semotam separatamq;, & Procul a corpore, & dispositione corporali. Cui si addatur hæc minor, omnis forma separata a materia non est nisi una numero in tota spẽ, ut Them sumit. tum cap. 23 primi, tum. 33. tertii de anima concluditur in figura prima rationalem animam eẽ unam numero cuius partes sunt intellectus agens et intellectus potentię, ſm igitur Them. intellectus agẽs unicus

est numero & intell's potētiæ unicus, & tota rōnalis aīa, quæ his cōficitur, vnica numero, quæ in tota sphæra humana principium est uiuificādi: ac intelligendi ꝭm modum declarādum. Erunt ergo ꝭm Them. tres intell's ī suba. s. intell's potentię intell's agens, qui rōnalē aīam condunt, est & intell's patibilis seu corruptibilis quem Aris. & Theophrastus cōem appellant, & hic quidem est id, ex quo & corpore aīal fit humanum, rōnalis n. anima totum quoddam est, in se cōsistens, ut cap. 39 authoritate Theophrasti dicit sub nomine intell's agentis, intellus uero cōis, qui uita est aīalis humani, pars est alterius, rōnalis quidem anima simplex ac in numero una tantum, intell's quoq; patibilis numeratus, ꝙ sic Them. oñdit ca. 37. porro intell'm cōem mortalem dicit per quem homo est, qui ex anima & corpore consistit, in quo iracundie & libidines sedent. erit ergo intell's patibilis ab aīa rationali seu agente intellu prouenieēs, sicut a sole illuminatio ī medio & vultu imago in speculo, & hoc pacto uerbum Them. sonat cap. 27 Restat igitur ut ab intellu agēte tantum essentia mea ꝓficisci ac pendere dicatur, solus enim intell's agens proprie & maxime censendus est forma &c. idem. n. ꝭm eum rōnalis anima, & agens intel's (ut alias ostendam) sola. s. rōne secreti. Erit ergo pō Themistij a pōne Plotini hoc uno solo discrimine differens, ꝙ Them. numerationem intellectiuum resecat Plotinus pandit a conatur defendere, sed de gñone hoīs & corruptione, & modo descensus & recessus aīæ, ab aīali humano nulla ꝓrsus dña Erit ēt pō The. ꝓpinqua pōni Auerrois in oībus quidem, ꝑter hoc ꝙ Them. rōnalem aīam aīare sui pñtia formareq; sui adhērētia dicit. Corrumpere autem ac dissipare corpus sui absentia ac recessu, & sic rōnalem aīam non tantum principium operandi ponit hominum, sed essendi, hoc profecto pacto quo sol illuminandi principium & vultus imaginis in speculo ponitur: quod Auerrois, ut creationem euitet, detestatur ꝓrsus, ut suo loco latius dicetur. Quid igitur Them. & alij senserint, patet his.

*In quo inducitur positio quorundam latinorum de sententia Themi.* Cap. 21.

EXpositor in libro de unitate intell's peruerse Auerroim Themi. intelligere dicit pp ꝙ Themi intell'm esse uitam & ueram corporis aiationem & formā a qua spēs, & dña sumitur dicit, & accepit per se uerba capitis. 26. & 27. oīa, quę hic narrare esset supfluum ubi cōstat aperte The. uelle rōnalem aīam esse formam corporis humani, non per appropriationem, sed per ueram in exñtiam ac aiationem. Amplius & Theophrasti pōnem esse hanc testatur expositor inducens uerba Theophrasti, quæ Them. cap. 39. recitat ubi aperte colligit intell'm esse uerū actū corporis ac formā eius. Amplius & ꝙ intell's agentes sint plures oñdit & Them. cap. 22 .d. (an primum quidem intellum illuminantem credi unum oportet illuminatos uero & subinde illuminātes multos: quemadmodum sol est unus tamen lux, quę de sole ꝓdit & mittitur quasi abiūgitur ab eo, & d uellitur atq; ita in multos obtutus distrahitur distribuiturq; ) Ex his sequitur ꝙ intell's agentes qui sunt simul illuminantes, & illuminati sunt plures, licet unus primus, qui forte Deus est, & per consequens non unicum numero sentit Them. intell'm de intellu uero speculatiuo, qui intell's in habitu dr̄, quid Them senserit nō pñtis sit ꝑtractationis differatur n. usq; in aliud tps. Hæc igitur sunt uerba Them. quæ aduersus dicta inducuntur.

*In quo consiliantur Themistii uerba.* Cap. 22.

SVnt quidam pstantissimi uiri ex Simplicij uerbis ī 3. de aīa, accipientes in commento illius partis (de parte aūt aīæ) qui amicitiam ponūt in dictis Themi. hoc pacto imaginantes ex intellu cōi & corpore aīal cōfici humanum: est. n intell's cōis forma corporis illius. Vlterius ex rōnali aīa & aīali confici hoīem dicunt, erūt ergo hoīes plures rōne aīalium humanorū, licet forma oīum vna, & sic ordo est ꝙ intell's cōis forma est corporis humani, ex quo aīali conficitur humanum, rōnalis uero, quæ qñq; nomine agentis qñq; nomine intell's potentiæ dr̄, est forma aīalis humani, ex quo & eo conficitur homo. Et hoc Them. sentit: ut dicunt, qñ inquit, restat igitur ut ab intellu agente tantum essentia mea ꝓficisci ac pendere dicatur, solus. n intell's agens proprie & maxime censendus est forma: quod pro tanto dicit, qm̄ intell's cōis est forma & mā, forma quidem corporis humani, mā uero saltem partialis intell's agentis, qui nulli amplius forma est. Quod declarare vr̄. d. immo forma formarum inferiora autem cætera, ut animal humanum sup. modo subiectorum loco modo formarum habentur. Hoc idem sentit The. cum inquit (nos igitur utriusq; intell's copulatio sumus. si ergo ita habent omnia quæ ex actu: & potentia consiliantur, ut in his aliud sit ipsa res: aliud essentia) sequitur, ut aliud ego, & aliud essentia mea, ita ut ego sim is qui ex actu & potestate ī. agente & aīali humano constituor (essentia mea sit solus actus tantum) ecce quō dr̄iam ponit inter hoīem & aīal hoīem. d. constitutum ex rōnali animali & intellu agēte, & rōnale aīal ex corpore et aiatione, & sic pōt poni amicitia dictorum eius. Et hic quidem concordandi modus subtilis est, & Simplicius fuit author: & eius pō fuit hęc tantum. Ego uero non reputo Simpliciū cum The. sentire, ut ꝑhabito capite pluribus locis monstraui, ideo consiliandi modus alter est, qui fere patet, Them. n. non negauit intell'm dare esse nobis, & per consequens nos esse quoquo modo intell'm, ut dicit, sed istud dare esse est æquiuoce, alio. n. pacto dat eē lumen medio & alio sol. est. n. lumen tanq; actus & perfectio ac pars illuminati, sol uero Procul ab eo sua tantum præsentia forma & illuminans: & sic Themi intelligit: & hoc pacto separatū ipsum non ponit, quot enim modis dr̄ dare esse tot per oppositum dr̄ separatum, & sic cōcedi pōt intell'm vno modo esse coniunctum corpori, & altero modo separatum, sed quid Them. intell's dicat illuminatos subinde illuminantes quō multos posterius in alijs locis dicam, et id dictum potius contra eum facit, ꝗ contra nos, differatur ergo vsq; in aliud tempus. Quę quidem igitur sit pō Themistij patet.

*In quo positio Auerrois inducitur.* Cap. 23.

NON decebat pōnem Them. confirmare, qm̄ ea eadem argumenta, quę pōnem Auer. firmant, illam The. probant, cum utriusq; una tantum sit uis, paruo discrimine differens, ut diximus. Quia declaratum est rōnales aīas, quas peripatetici intell's uocant de se absolutas, ac a mā solutas esse. Amplius ipsas non esse multas ꝭm spēm, nec multas ꝭm numerum. ergo relinquitur pō Auer. ꝙ rōnalis aīa una tm̄ sit oīum numero, & qm̄ declaratum est, ac declarabitur rōnalem hanc unam non uiuificare, ac nos fouere, & scimus ꝙ per ipsum intelligimus, declaratum erit esse nobis attributam tanq; principium mouens, & sicut ars instrō, & motor mobili: & intelligentia orbi, & quemadmodum una numero intelligentia sufficit ꝓ totius sphęræ gubernatione, sic & una rōnalis aīa totius hoīum sphæræ, sufficit esse principium intelligendi, verum intell's. quibus sumus & numerati & isti, ac operantes proprijs & signatis operationibus, corruptibiles sunt ex potentia agentis & materia conducti quos cōis appellant Arist. & Theophrast.

Ex intellu igitur communi & corpore animal conficitur humanum, ac orbis, ex hoc orbe & intellu fit unū, nō quidem in esse sed operatione, qualr̄ ex nauta & naui, & hoc totum est homo intelligēs & sapiens di pucās & operās propria hoīs operatione, cogitatiua ergo seu cōis intell's forma est māæ. rōnalis uero aīa forma ē orbis utens eo, eo profecto pacto, quo nauta utitur naui, & faber cultello, & qñ ita est, quo pacto Auerrois discrepet a Them. patet. Auer. n. cogitatiuma (q; Themistius intellectum

intells patibilem uocat)non ex rõnali effluere dicit, sed de potentia materiæ,& agentis Them.uero eam esse munus rõnalis & imaginem eius probat. Discrepat etiam a Plotino. Plotinus enim rationales animas numerat cum corporibus Auerrois eas densat ac ad Atomã naturam inducit. Plotinus esse & aīationem rõnalem foure dicit corpori animalis. Auer id a patre & matre ostēdit profluere,ut.12.met latius dicit,& sic positio huius his perspicua in unitate sit.

*In quo inducuntur omnia argumenta pro hac positione. Cap. 24.*

NON est iustum hoīem cōdēnare absentem, nec bonum detestari nisi uisa cã dicendi,ut Aris. inqt in.2.de cœlo & mūdo,ideo inducere argumenta pro hac pōne meliora quæ possunt bonum est, & ulterius declarabimus hanc pōnem tantum q̄tum posse est, deinde oñdemus,q̄tum a ueritate se cessit Themi.arguit in.3.cap.32.fundans argumentum in uerbo Platonis.q sic dicit,(nisi hoībus cōia essent multa, sed ꝓprium qd aut p̄cipuum,& impromiscuum contineretur in singulis nō esset ad modum facile ostendere & signãre alteri uoluntatem suam)super quibus arguit The.ꝙ nisi unus numero sit intells in oībus,disciplinæ in discipulum trāsfundi nō possent,cum n eadem sint, quæ tradendis his & qui docet,& qui addiscit considerat.quia neq; hic docere neq; ille addiscere unq̄ possent, nisi ab utroq; eadē cōmētatio tractaref,ꝑspicuum est eūdem esse intellm p̄ceptoris & discipuli oportere qñ quidem essentia intellus idem esse ꝙ actus ipse describaf. Supponit ergo Them. ꝙ essentia intellus sit idem ꝙ actus, uel simplr uel ꝼm quid,ut alias dicam,tū arguit,idem numero est actus intelligēdi p̄ceptoris & discipuli,sed actus intelligēdi est intellus ꝼm quid uel simplr ergo idem numero est intellus utriusq; uel simplr uel ꝼm quid. Confirmat hoc signo .d.atq; hoc fortasse causa est,q̄ ob rem ad solos hoīes ꝑtineat docere & discere uicissim alloquiorum & sermonum intelligentium habere. hoc ergo |animalibus non potest contingere,quia in his constitutio animarum & partitio contumax ineptaq; est,ut intellm potentię possint recipere.qui ab intellu agente perficiatur.

RVRSVM quęcũꝗ sunt dispersa in natura inferiori colliguntur per identitatem in nã superiori ut Proclus ait, sed potentia & essentia in sensitiua aĩa dispersa sunt re. ergo in rõnali colligentur ꝓm rem. Item rõnalis aĩa circũscripto oĩ distincto realr ab ea, est pstabilior anima brutali, q̃tunc ũꝗ plena formis. ergo debet ei attribui tota perfectio illius aiæ & ultra, & hæc non est nisi exire in opus, ergo exibit in opus, & cum sit circũscriptum oẽ re diuersum ab ea, exibit ergo per essentiam in opus. ergo non potentijs diuersis. Deinde nulla optima substantia perficitur ac subest accidentali, ut Auerrois inquit. 12. primę phiæ com. 51. sed rõnalis non optima est substantia, cum sit una intelligentiarum. ergo nõ subest accidenti.

PRÆTEREA nulla natura necesse esse subest accidenti, sed rationalis anima est natura necesse esse. ergo non subest accidenti. maior patet, qm̃ quicquid est in natura necesse, est necesse esse, nullum accidẽs est natura necesse esse ut Auer. declarat. 12. met. com. 41. & alibi.

AMPLIVS nulla natura cuius eẽ & essentia sunt idem oĩbus modis subest accidenti, ut omnes concedũt, sed rationalis anima est natura cuius esse & essentia sunt idem simpliciter cum sit una separatarum substãtiarum. ergo non potest subesse accidenti.

POSTREMO nõ minori ordine ordinatur rõnalis anima ad intelligere & corpus humanum, q̃ intelligentia ad orbem, sed in intellĩa nulla ponitur potẽtia respectu motus orbis diuersa ab essentia ꝓm Auerroim, ergo in rõnali anima nulla debet poni potentia respectũ intelligere corporis humani. Ex his cum istis accepim' ꝙ intells agens & intells potentiæ sint quidpiam nostrę aiæ & nostræ sed ꝙ non sint accidẽtia uel qualitates aut facultates declarauimus. Et cum non difficile est soluere argumenta illorum, hmõi enim partes dicuntur uirtutes nõ respectu rõnalis aiæ, sed respectu operum, & hoc pacto materia & forma substantialis uirtutes dici, possunt, respectu operationis, licet in se respectu totius dicãtur partes & sic loquitur Auer. Ad fundamenta ueterum facile est soluere: maior. n. primi uera est in substãtia creata, cuius actio & passio sunt accidentia, quod nõ est in ꝑposito, rõnalis. n. aiæ operatio non est accidens, ut dicemus. Et inde differt a primo, qm̃ primum agit independenter, rõnalis aũt aĩa dependenter, ut satis constat. Et per idem ad secundum concessã maiori negatur minor, intellectio enim non est accñs aiæ rõnali, sed forma intentionalis eius perficiens eam intentionaliter sicut forma perficit mãm realiter, & hoc totum erit palam in tractatu sequenti de intellectu speculatiuo.

*In quo declaratur positio quorundam ueterum in dictis Alexandri.* Cap. 17.

EX ueteribus sectæ Auerro duo perspicue acceperũt. primo, quæ nullus negare põt. s. ꝙ ambo intellectus s. agens & materialis sint separatæ substantiæ, & in hoc non est ĩmorandum, quia manifestũ est per se. Et qd ambo sunt aliquid animæ nostræ, qm̃ operationes eorũ sunt reductæ ad uoluntatẽ nostram, ut Auerro inquit. Sed specialiter dicunt, ꝙ ambo sunt substãtiæ actu subsistentes, tamẽ ex eis fieri unam rationalẽ animam totã asserunt, quoniam non solum potest esse substantia, ex duabus substantijs, quarũ una informat aliam & inhæret ei, uerum etiam ex duabus substantijs actu quarum una non est distincta ab altera loco, & subiecto, & cum hoc actus unius ĩmediate dependet ab alia, quemadmodum ergo ex motore cœli & ipso cœlo unum fit adeo quod intellĩa forma dicitur cœli ita ex intellectu agente & intellectu potentiæ fit unum, eo quia intellectus agẽs est distans loco & subiecto, quæ unitas sufficit pro unitate operationis, & sic fit una anima, sed quomodo intellectus agẽs dicaꝰ forma intells potentiæ isti partiti sunt, qm̃ quidã dicunt ꝙ intellectus agens est forma, qm̃ sicut colores non uidentur in diaphano, nisi præsente lumine, sic nec intellectus materialis intelligit res materiales nisi præsente intellectu agente, qui est eius lumen.

AMPLIVS alij dicunt ꝙ ambo sunt duæ substãtiæ separatæ, secundũ rem diuersæ, sed intellectus agens intelligitur ab intellectu potentiæ, & id intelligere est ꝑficere illum intentionaliter, & inde fit unum quoddam ea

ea unitate qua ex intelligibili & intellectu fit unũ, quæ unitas est maior q̃ illa materiæ, & formæ, ut declarauimus in commẽto nostri libri de aĩa Ergo erit apud hos intellẽs agens infima intelligentiarum, quę unitur intellẽui potentiæ, qui est infimus abstractorum & una intellẽa uilior alijs unitur dico uel sicut lumen modo dicto, uel sicut intelligibili intelligenti, quæ unio est informatio sine inhærẽtia, ut suo loco declarabimus. Intellẽs ergo agẽs & intellẽs potẽtiæ erunt duæ sũbæ actu existentes, ac p se subsistẽtes, ex quibus fit rõnalis aĩa una unitate sufficiente ad operationem unam, & hæc est horum positio. Hãc põnem sentire vr̃ Auerrois in epistolla de beatitudine cum ponit gradus principiorum, cã. n. prima inquit est in. 1. gradu: secunda uero in secundo intellẽs agens est in 3. gradu, aĩa in 4. gradu, forma in 5. mã in 6 gradu. Ecce quõ intellẽm agentem separatum poni ab aĩa, & per aĩam intellẽm potentiæ intendit & per formam illam audit, quæ dependet in esse & cõseruari a mã, sicut cogitatiua & formæ reliquorum compositorum generabiliũ, Quod autem intellẽs potentię intelligat semper intellẽum agẽtem, & per consequens intellẽs agens sit tanq̃ forma intentionalis eius, sicut intelligibile forma intelligẽtis patet in dictis Auerrois sæpe, inquit enim in cõmento magno sic, & iste intellẽs recipiens necesse est ut intelligat intellẽm qui est in actu, cum. n. intellexerit formas mãles dignior est ut intelligat formas non mãles, & id quod intelligit ex formis abstractis. v. g. ex intelligentia agente non impedit intelligere formas mãles &c ecce quõ vult ꝙ intellẽs agens perficiat intellẽm potentiæ semper, sicut intelligibile perficit intelligens. Et hoc idem ad uerbum reperies sæpe in cõmentis 3. de anima, & in epistola de beatitudine, & in tractatu de intellẽu, & alibi frequenter.

RVRSVM ex intellẽu cuius essentia est sua scia: & intellectu cuiꝰ esse differt a sua scientia non fit unum ẽm rem & formam uere, sed intellectus agens est ille cuius essentia est sua scientia & intellectus potentiæ est ille cuius essentia differt a sua scientia, ut Auerrois testatur commen. 19. in fine. Ergo &c.

AMPLIVS pro his facit & hoc argumentum, esse intellectu agente & intellectu potentiæ apud Auerroim fit unum, uel igitur unum unitate idẽtitatis uel vnitate unionis, nõ unitate identitatis ut manifeste relinquũt & si unitate unionis uel per intentionalem perfectionem uel pe realem, si per intentionalem habeant quod petũt quod uero non per realem patet, quoniam tunc rationalis anima esset generabilis & corruptibilis, quia omne compositum est nouum, ut. 12. meta. commento. 39. tradit Auerrois.

*In quo improbatur hęc positio.* Cap. 18.

SEd hanc põnem improbat Ioan. in qõnibus tertii libri de anima q. 25. primo, quoniam non uidetur ꝙ intellectus sit forma, quoniam non intelliguntur res materiales nisi eo præsente, quoniam tunc phantasmata essent formæ intellectus potentiæ quoniam intellectus potentiæ non potest intelligere nisi pręsentibus phantasmatibus, hoc autem falsum est. Amplius ut inquit sequitur ꝙ intellectio non esset actio immanẽs, quoniam intelligentia est quædam operatio causata ab intellectu agente, & ille est separatus ẽm rem & esse ab intellectu potentiæ ergo actio illa cum non maneat in agente, cũ distinguatur re & esse ab intellectu potentiæ laborat autem Ioan ad probandum intellectionem esse causatam ab intellectu agente quod ego reputo superfluum, & hęc sunt argumenta eius. Sed hæc argumenta nihil esse uidentur, primum non, quoniam differentia est inter phantasmata & intellectum agentem, q̃m phantasmata concurrunt, ut illustrata, intellectus agens: ut lumen, & ideo est ut forma. Secundum etiam nihil est, quoniã intellectio non est actio transiens, quoniam remanet in intellectu eiusdem naturę cum intellectu agente, ad hoc ergo ꝙ sit actio transiens oportet ut transeat in materiã exteriorem i. externi generis, quod non est in proposito, & inde fit ut hęc argumenta nihil faciant contra eos.

Ideo aliter arguemus nos, & primo quia uidetur ꝙ intelligentia agens superfluit, quoniam ẽm propositionẽ famosam pripatericorum & Platonicorum intelligentia inferior illuminatur a superiori, ergo intellectus potentiæ potest illuminari ab intelligentiæ lunæ. ergo superfluit ponere intellectum agentem, adhuc infra lunam, q̃ sit pars rationalis animæ ut dicunt. Amplius, omnis intelligentia habet aliquam actionem perfectiorem quocũq; agente materiali quoniam omnis intelligentia est separatus a materia actus, sed intellectus potentiæ est intelligentia separata. ergo habet aliquam actionem perfectiorem actione cuiuscunque agentis physici, & sic non tantum patietur ab intelligibilibus, sed aget aliquo modo &c.

RVRSVM omnis forma alicuius sicut lumen diaphani est plus intrinseca ei, quam forma assistens, sed intellectus agens est sicut lumen diaphani, ut Auerrois testatur in commento magno, & in prædicta epistola, & est sententia Arist. in litera ut patet. Adhuc Auer. in commento magno, in solẽ tertiæ q. inquit opinandum est ꝙ istud est quartum genus esse, quemadmodum. n. sensibile esse diuiditur in formam & materiam sic itelligibile esse oportet diuidi in consimilia his duobus scilicet in aliquod simile formæ, & in aliquod simile materiæ, & hoc necesse est in qualibet intelligentia abstracta quæ intelligit aliud, arguo modo qualis compositio est in intelligentijs separatis talis est in rationali anima, sed in eis non est compositio ex duobus intelligentiis assistẽtibus ut declarabitur post, ergo nec in rationali anima. Item ait Auerrois in 3. de anima commento. 20. sic, & vlter quando quis intuebitur intellectum materialem cum intellectu agente apparebunt esse duo uno modo, & unũ alio modo, sunt enim duo per diuersitatem actionis eorum: actio enim intellectus agentis est generare, istius autem informari, sunt autem unum quia intellectus materialis perficitur per agentem, & intelligit per ipsum, ecce quõ ponit intellectum agentem uniri possibili per idẽtitatem, nedum per informationem.

RVRSVM Them. in tertio suo de anima. 36. capite inquit ꝙ intellectus, qui omnia potest facere, est tanquam habitus & lux, quod exponit capi. 39. in fine. d. atque ita fieri, ut compositum ex intellectu agente & intellectu potentię, partim duæ naturæ sint partim una, nam & id quod ex duobus facultatibus forma & materia conditur unum esse intelligimus, & ideo cap. 40. concludit. ergo intellectus potẽtię simul accipit intellectum agentem, ut propriam sibi formam p̄hendit. Et apertius in eodem. 3. capite. 25 inquit, intellectus agens non, quemadmodum ars seorsum a sua materia est, sed totus intellectui potentię intestus immersusq; habetur: ecce quomodo uult ꝙ non sit assistens & separatus, ut illi dicunt. Ex his & multis alijs hęc positio pro nunc relinquatur tanquam falsa.

*In quo ponitur positio Ioan. & soluuntur argumenta oppositę partis.* Cap. 19.

IOannes Iandunus, qui in Auerroica familia quandoque habitus est primus in quæsito isto diuersa sentire uisus est, quoniam in tertio de anima. quæstione sexta uisus est sustinere positionem nunc improbatam; in quæstione vero. 25. uoluit ꝙ anima intellectiua reali compositione sit essentialiter composita ex duabus partibus, scilicet ex intellectu possibili, ut ex subiecto, & ex intellectu agente, tãquam ex forma informante, ex quibus coeuntibus concluditur esse rationalis animæ, tanq̃ ex materia formaque esse compositi naturalis. Voluit enim intellectum potentiæ esse substantiam: pure in potentia in genere naturæ intellectibilis, sicut materia prima est pura potentia in genere naturæ sensibilis, adeo

quod intellectus agens est forma informãs intellectum potentię, & dans ei esse simpliciter actu, ita quod anima rationalis sit substantia incorporea: composita essentialiter ex duobus principijs intrinsecis, quorum unum est de se purelin potentia, & est simile materiæ, scilicet intellectus potentiæ & aliud est actus eius ipsum perficiens, & est simile formæ, scilicet intellectus agens. ergo apud ipsum intellectus agens unitur intellectui potentię reali ac naturali unione, erit itaque rationalis animæ esse intellectibile conditum ex intellectu agente & intellectu potẽtiæ reali compositione ac sempiterna unum tamen qd dam in esse, quemadmodum esse compositi esse est confictum ex materia & forma, licet sit differẽtia, quoniam esse rationalis animæ est æternum, esse compositi physici est nouum, ut dicit. Quibus habitis possunt solui argumenta alterius partis, cum enim ponit intellectum agentem alium ab modo per animam posito ꝙ intelligat intellectum potentiæ, noluit designare distinctionẽ secundum subsistentiam, sed secundum rem tantum & hoc sufficit.

AD secundum maior falsa est: nihil enim prohibet ex eis fieri unum in esse, non tamen unum ſm rem, ut manifeste patet in multis, ex lumine enim & diaphano fit unum, & tamen lumen est uisibile per se diaphanum per accidens.

AD tertium patet qualiter ex eis fit unum unitate informationis realis, non tamen sequitur rationalem animam esse generabilem & corruptibilem: quoniam materia & forma eius non sunt corporales & physicæ, & ideo abstrahunt a generatione & corruptione, ut Ioan. inquit in. qõ. 29. in solu. ad tertium. Hæc igitur sunt argumenta istorum, & positiones quas inueni in doctrina Auerrrois.

*In quo reprobatur positio hæc.* Cap. 20.

TAmetsi positio Ioan. uideatur plus consona verbis Auerrois & eius fundamentis, tamen in rei ueritate est contra rationes, & contra uerba sapientium, contra rationes quidem, quoniam nulla natura recipiens aliam intentionaliter, recipit illam realiter, hæc propositio est concessa ab omnibus expositoribus, ut manifestum est per se, sed intellectus potentiæ recipit intellectum agẽtem intentionaliter ergo non realiter minor patet, quoniam intellectus potentiæ intelligit intellectum agentem, ut Themistius capite. 41. tertii suæ paraphrasis de anima inquit, & Auerro. commento quinto & uigesimo & trigesimosexto, & in epistola foelicitatis manifeste dicit idem & hoc probare est superfluum, & sic tantum intentionaliter recipiet, non ergo realiter.

AMPLIVS NVLLA forma abstractior uniuersali materiali recipitur in aliqua materia realiter, nisi intentionaliter & compræhensiue, hęc patet, quoniam uniuersale materiale, nec recipitur in subiecto particulari nec uniuersali, reali receptione. ergo multo minus uniuersale per essentiam, sed intellectus agens est uniuersale per essentiam secundum Ioannem ergo non recipitur nisi intentionaliter, & non reali receptione.

Rursum omnis forma dans esse alteri & constituens id in esse, constituitur in esse a subiecto, sed intellectus agẽs est forma dans esse intellectui potentiæ, & constituens eum in esse. ergo constituitur in esse ab intellectu potentiæ, sed hoc esse falsum declaratur, quoniam si intellectus agens constituitur in esse ab intellectu potentiæ, cõstituetur in esse receptiuo intentionaliter ab eo, quemadmodum forma materials constituitur in esse a materia, & in esse receptiuo. ut Auerro. inquit nono metaphysi. commento secundo, & primo perigeneseos, commento. 45. hoc autem falsum est, intellectus enim agens, nec per se nec per accidens recipit, nec realiter: nec intentionaliter. Item si intellectus agens informat intellectum potentiæ, aut est de essentia intellectus potentiæ, aut intellectus potentiæ est summe passiuus, potens recipere agentem non per essentiam, si primum, tunc omnia recipiet per essentiam agentis, quod falsum est: si secũdum ergo est in potentia neutra. ergo in potentia cõtradictionis. & sic ad esse & non esse. ergo tota anima est possibile esse & nõ esse ergo generabilis & corruptibilis, quod ipse negat.

PRÆTEREA si intellectus potentiæ est pura potentia substantialis in genere intelligibilium. ergo una numero priuatione, uel positione, non positione, quoniam nullus actus est, sed pura potentia, ut Ioan. inquit, si priuatione. ergo ĩ sui natura est priuatio omnium formarum intellectibilium, quemadmodum in natura materiæ est priuatio omnium formarum sensibilium.

Tunc sic, omnis natura ubi est priuatio omnium formarum intellectibilium est potentia ad omnes illas, quoniam priuatio relinquit potentiam, ut Auerrois testatur in nono diuinorum commento tertio. ergo cum intellectus potentiæ sit priuatio omnium formarum intellectibilium, continebit potentiam ad omnes illas, & sic erit transmutabilis ad illas, & hoc est contra omnes peripateticos. Adhuc intellectus potentię cum sit pura potẽtia, uel erit prima materia, uel quidpiam diuersum ab ea si prima materia sequũtur infinita impossibilia, quę enumerare sit tuum. Si diuersum quoddam uel æqualis perfectionis, uel inæqualis, si æqualis, ergo eiusdem speciei cum materia prima, & sic sequitur idem quod pri, scilicet quod sit natura transmutabilis & non compræhensiua, quoniam ea quæ sunt unius speciei, sunt unius actionis uel operationis specie, ut dictum est apud omnes, si alterius speciei, & alterius perfectionis, tunc oportet ut alterum eorum sit altioris gradus altero, & sic tale non erit pura potentia, immo habebit rõnem & gradum actus, & formæ, cuius oppositum Ioãnes inquit, & solutio Ioannis ad hoc nihil est, ut intelligenti palam.

VERBIS etiam Auerrois contradicit, qm Auerrois in. 3. de anima, commento 19. inquit, & ideo opinãdum ast ſm Aris. ꝙ ultimus intellectuum abstractorũ in ordine est intells materialis, actio enim eius est diminuta ab actione illorum &c. Ex hoc arguo quod est infima intelligentiarum in ordine, non est potentia substantialis tantum, ut quilibet sani cerebri credet, sed per hæc uerba intellectus potentiæ est infima intelligentiarũ ergo non erit potentia substantialis.

AMPLIVS in libro destru. destructionum in disputatione tertia in solone. 19. inquit, sed id quod posuit Alga. s. ꝙ omne esse est possibile esse: non uerificatur nisi in causato composito, sed impossibile est inuenire quid compositum ęternale, ecce q̃ plane negat omnẽ compositionem in re æterna.

ITEM Aristoteles in. 9. diuinorum inquit. est autẽ nihil potentia sempiternum, & ideo hac propositione ꝓbata infert conclusionem. d. actu ergo omnia. Arguo ergo, oẽ sempiternum est actus tm, & non potentiam habens, rõnalis aia apud hos est sempiterna, ergo actus nullam potentiam habens.

ET in. 12. diuinorum inquit, amplius tales oportet esse substantias sine materia, sempiternum enim esse oportet, & si aliquid aliud sempiternum, actu igitur, ecce quam plane infert est esse sempiternum. ergo actus tantum.

ET maxime nota uerba Auerrois in comment. 30. illius partis: dicit enim, si in substantia huius motoris fuerit substantia quæ est in potentia. s. in materia, possibile est ut quod est in potentia nõ sit ens & hoc quod dixit est, si fuerit in potentia substantia. possibile enim est ut nõ sit ens simpliciter. i. quia corrumpitur in aliqua hora, & hoc quidem determinatum est in naturalibus, ꝙ omne cuius substantiæ admiscentur potentia est generabile & corruptibile.

ET SI FVERIT in potentia motor in loco possibile est ut non moueaṫ vñ necesse est, ut isti motori non

non admisceatur potentia omnino, neq; in substantia, nec in loco, neque in alio modorum potentiæ, & hoc intendebat cum dixit necesse est igitur vt talis substãtia sit actio, quia causa potentiæ in rebus in quibus est potentia est materia, & quia istæ substantiæ sunt mouẽtes sine aliqua potentia necesse est vt sint sine omni materia cum necesse est, vt sint æternæ, omne enim æternum est actio.i.actus purus, & omne quod est actio pura non habet potentiam, hæc Auer.

EX his eligitur hæc consequentia, motores cœli carent potentia materiæ, & potẽtia locali, ergo sunt actus puri.

AMPLIVS eligitur et altera. scilicet motores cœlestes sunt sempiterni, ergo actus puri. Sed omne enthymema tenet in virtute alicuius propositionis, ergo quodlibet horum tenebit in virtute alicuius propositionis, primum ergo non nisi in virtute huius. scilicet omne carens potentia materiæ & locali est actus purus, qm̃ hæc propositio facit perfectum syllogismum, & secundum tenet in virtute huius, omne sempiternũ est actus purus. Tunc his ambabus addo hanc minorem, sed rationalis anima est carens potentia materiæ & potentia locali, & est rationalis anima sempiterna, ergo rationalis anima actus purus, & per consequens non erit composita ex potentia & actu, ẜm rem diuersis, vt Ioan. opinatur.

ITEM in octauo metaphysicæ Aristot. inquit, in naturalibus quidem sempiternis, aut substantijs, alia ratio, forsan enim quædam non habent materiam, aut nõ talem, sed solum ẜm locum mobilem, ex hoc eligitur ꝙ omnis materia quam possunt habere æterna est, ẜm locum mobilis, vt in commen. 12. illius partis excipitur sed intellectus seu rationalis anima non habet materiam ẜm locum mobilem, ergo nullam penitus habet materiam, & sic erit purus actus.

POSTREMO Aristot. in. 14. libro diuinorum quærit. q sic dicens, simpliciter autem oportet considerare vtrum possibile perpetua ex elementis componi, & in fine demonstrationis dedit conclusionem hanc. d. si autem est quod dicitur nunc verum vniuersaliter ꝙ nulla est perpetua substantia si non sit actu, elementa et materia substantiæ nullius vtiq; erunt perpetuæ substãtiæ elementa, ex quibus sunt in existentibus Ecce quo pacto perpetuum ab omni materia prorsus seiũgit Aristot. & sic perspecte relinquitur Ioan. positionem nullius esse valoris, & tu considera quoniam multa horum sunt demonstratiua, alia glosset, qui vult. intentio enim mea non est semper demonstrare, sed apparentiorem intellectum accipere ĩ dictis peripateticorum, ac magis a contradictione remotum.

## *In quo narratur uera mens Auerro. Cap. 21.*

QVOD enim ex his omnibus accepimus est primo ꝙ intellectus agens & intellectus potentiæ substantiæ sint, & non accidentia propria, & essentiales proprietates, vt constat. Rursum ꝙ intellectus agens & potentiæ sunt separati a materia, & a corpore, & actu vniuersales & abstracti extra anima.

AMPLIVS quod sint quicquam nostræ animæ & hoc sæpe ab his perspicuum fuit, & per improbationem aliorum. Et cum declaratum sit eos non esse duas substantias per se subsistentes ac existentes seorsum facientes. vnam rem aggregatione: sicut positio prima fingit. Nec ꝙ duæ partes essentiales, quarum vna sit pura potentia substãtialis, & altera purus actus, quæ coeũtes faciant substantiam tertiam vnam in esse, vt Ioannes inquit. Relinquitur ꝙ sint duæ portiones, ac duo gradus facientes compositionem ĩ rationali anima equiuocam, & non realem, nec intentionalem, sed penitus diuersam ratione & nomine a propria compositione reali vel intentionali, vt declarabitur.

ET quod superaddimus est, ꝙ quælibet intelligentia excepta prima est composita, & hoc probatur. primo omnis intelligentia intelligens aliud est composita, sed q̃libet intelligentia excepta prima intelligit aliud, ergo quælibet intelligentia excepta prima est composita, maior est manifesta per se, & ex dictis Auerr. Per se quidem quoniam intellectus, & id quod intelligit sunt diuersa, ergo vnum eorum erit tãquam forma, reliquũ tanquam materia, ergo compositio. Ex dictis Auer. vero, quoniam hoc Auer. inquit in comment. 5. & 14. tertij de anima, minor accipitur eisdẽ locis apertissimæ. In libro destructio destructionum disputatione tertia ĩ solutione dubij. 16. totam hanc rationem quasi abbreuians inquit, & differentia quæ est inter intelligere primum intellectum seipsum, & intelligere alios ĩtellectus seipsos, est ꝙ primus intellectus quid ens de seipso intelligit non relatum ad aliam causam, & alij intellectus intelligunt de seipsis quid relatum ad ipsorum causam, ẽ ergo sensus, ꝙ primus intellectus non ĩtelligit nisi se alij intellectus intelligunt aliud, quia relatum ad suam causam, & ex hoc dedit conclusionem nostram dicens, & ideo hoc modo multitudinem, id est compositionem detinent, & quasi syllogizatur hoc pacto, omne intelligens aliud est compositum, primus intellectus non intelligit aliud, & reliqui omnes ĩtelligunt aliud, ergo primus non est compositus, & omnes alij multitudinem detinent, & sunt compositi.

ADHVC omne causatum est compositum, vt Auer. inquit in libro destructio destructionum, in eadẽ disputatione, in solutione. 19. dubij & hæc propositio potest probari a priori, vt declarabo post, sed omnes ĩtellectus secundi sunt causati, ergo omnes sunt compositi, minorem probat Auer. in lib. eodem in disputatione eadem in sol. 18 circa finem, probans ꝙ primus intellectus est causa oĩum aliorũ, & sic prædicti sunt causati a primo, & inquit, amplius declaratum est a pbis ꝙ id qđ dat entium separatorum a mã finem est id qđ dat eis esse, forma. n. & finis sunt vnum & idem in hac spẽcientium, ergo id ꝙ dat finem entibus id met dat formã, et id ꝙ dat formam est agens, ergo id ꝙ dat finem huic esse est agens apparet idcirco ꝙ primum principium est oĩum istorum principium. f. agens & forma & finis. erit ergo sylls eius, hic dator formæ ipsis rebus separatis est agens, primus motor est dator formæ ipsis entibus separatis, ergo agens, maior patet ex diffõne agentis, minorem prosyllogizatur sic, oẽ dans finem, dat formã, sed primus motor dat finẽ, ergo primu motor dat formã, maior probatur per alium sylm, quæcunq; sunt vnum & idem omnino, dans vnum eorum dat reliquum, sed forma & finis sunt eadem penitus, ergo dans finem dat formam, quę erat maior, ꝙ autem Deus det finem, manifestum est per se.

EX his habetur ꝙ oẽs intells secundi sunt causati a primo, & per consequens habetur conclusio. s. ꝙ oẽs sunt compositi excepto primo, qui est tm̃ ipse & forma & nullam multitudinem continens, vt scies.

ET hanc Auer. proponẽm dedit in lib. destru. destr. in disputatione. 3. in solu. 16. & inquit, quapropter non sequitur ꝙ sint oẽs in vno simplicitatis gradu. f. vt oẽs intelligentiæ sint ita simplices, sicut est primus intellus, non. n. sunt in vno relationis gradu ad primum principium, neq; aliquis eorum simplicitatẽ habet silem simplicitati primi principij. primus n. habet esse de se, et ipsi hñt esse relatũ, ergo solus Deus est forma tm̃, & oẽs alij sunt compositi ex forma & materia apud Auerroim.

SED qualis sit compositio intelligentiarum oportet declarare, quoniam occultum est, & a paucis intellectum. Dicemus itaque quod gradus rei perfectionis dicitur forma, gradus imperfectionis dicitur priuatio seu materia, vt Auerrois inquit in secundo naturalis au

sultationis, comment. 15. in separatis a materia vero est vnus intellectus, qui est perfectio tantum: vt. 10 diuinorum exprimitur commen 7. est enim Deus mensura & regula tantum, & sic perfectio tãtum, & nullius gradus imperfectionis.

EX his excipitur quãlibet intelligentiã posse dupliciter considerari, vno modo vt vicinatur primo quod est perfectio tantum, & sic est perfectio quædam, alio modo vt deficit & priuatur a perfectione primi, & recedit ab eo & sic est imperfectio & priuatio quædam, & quoniam vna res numero potest appropinquari, & recedere a primo, proculdubio ergo vna res numero ẽ perfectio et priuatio seu imperfectio, quo fit vt compositio quæ est in his intelligibilibus non sit ex re subsistẽte, & re subsistente, neq; ex parte essentiæ, & parte essentiæ, sed compositio hæc est ex modo formæ & modo materiæ, perfectio enim modus est formę, priuatio modus materiæ, ergo intellectus separati componuntur ex modo & modo, & non ex rebus per se, & seorsum entibus, neq; ex partibus, sed ex modis partium aut rerũ.

ET quando totum hoc fit ita relinquitur ꝙ in rationali anima intellectus agens nihil aliud sit nisi gradus perfectionis, qua ipsa vicinatur primo, et intellectus potentiæ gradus priuationis, quo elongatur a primo, & sic compositio ex intellectu agente, & intellectu potentiæ, nõ est ex rebus seorsum entibus, vel partibus diuersis ẜm essentiam, sed ex modo formæ, & modo materiæ, & sic ex modo & modo, & non ex rebus. Quod vero hæc sit mens Auerrois, patet, inquit enim in magno commento in sol. tertiæ. q. opinandum est enim ꝙ istud est quartum genus esse, quemadmodum enim sensile esse diuiditur in formam & materiam, sic intelligibile esse oportet diuidi in cõsimilia his duobus. i. in aliqđ simile formæ, & aliquod simile materię, ecce quo pacto intelligibile esse vult ꝙ componatur non ex materia & forma, sed ex modis eorum, sunt autem modi eorum perfectio & priuatio, vt dictum est. Et subdit & hoc necesse est in omni intelligentia abstracta, quæ intelligit aliud, & si non, non esset multitudo ĩ formis abstractis, et ideo declaratum est in prima philosophia, q, nulla est forma liberata a materia simpliciter nisi prima forma, q̃ nihil itelligit extra se, sed essentia eius est quidditas eius, aliæ autem formæ diuersantur in quidditate & essentia quoquo modo idest quia sunt compositę ex modis horum, & non ex his &c. Amplius in commento. 20. dicit, palam istud & nos in commento nostro libri de anima exposuimus, & tu vide, quoniam nolui ponere caput in capite.

EX his relinquitur tibi quis modus compositionis ẽ in illis, & quis non, & quomodo est vnus modus in illis & intellectu nostro, & sic patet qualis compositio sit in eis, & quid sit intellectus agens, & qđ possibilis apud hos, & idem Auerrois ad verbum inquit, commento 14. & tu lege & hoc proculdubio fuit Themistij intentio Inquit in tertio suæ paraphrasis, capite 25. sic, eodẽ mõ intellectus agens intellectui potestatis assistens vnus cum illo redditur, propter quod vna res est, quę ex materia & forma consistit, & tamen permistio hæc rationes habet duas. nam & materiæ ratio est per quam anima fit omnia, & ratio absolutionis formæ per quam facit omia, ecce quomodo vult ꝙ vna res sit intellectus agens, & intellectus potentiæ, licet ratione differunt, quoniam rationalis anima ea parte qua facit omnia abstracta rationem agentis continet, ea vero parte, qua fit omnia parte eam quæ intellectus potentiæ dicitur amplectitur. Et capite 26. inquit, atq; hic intellectus, vt superius dixit, abiunctus impatibilis impermistusq; est. proinde eius ingenium tale non est, vt interim intelligat interim cesset. nam hoc accidit intellectui agenti cum ĩtellectui potentiæ idest imaginatiuæ iungitur, hæc Themistius ergo inter intellectum agentem, & intellectum potentiæ ẜm eum discrimen non debet esse ẜm rem, vel essentiam, sed ẜm modos, & hoc tandem Auerrois significauit in tertio de anima, commento decimonono dicens, non quia est aliud per quod differat iste intellectus ab intellectu agente, nisi per hanc intentionem tantum, quoniam quemadmodum non scimus multitudinem intellectuum abstractorum, nisi per diuersitatem actionum eorum, ita etiam non scimus diuersitatẽ istius intellectus materialis ab intellectu agente, nisi per diuersitatem suarum actionum, & quemadmodum intellectui agenti accidit, vt quandoque agat in res existentes hic, & quandoq; non ita isti accidit, vt quandoq; iudicet res existentes, & quandoq; non, sed differunt tantũ in hoc ꝙ iudicium est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem non est ẜm illum modum in capitulo perfectionis agentis. considera igitur hoc, quoniam est differentia inter hos duos intellectus, et nisi hoc esset nulla esset alietas inter eos. Ex his arguo, tanta debet esse differentia inter principia operationum quanta inter operationes vt hic testatur Auerrois, sed operatio agentis, et intellectus potentiæ differunt tãtum ratione, vt Auerrois inquit, ergo et intellectus agens, et intellectus potentiæ non differunt nisi ratione, hoc idem apertius commẽto 36. inquit enim, dicamus igitur quoniã intellectus existens in nobis habet duas actiones ẜm ꝙ attribuitur nobis, quarum vna est de genere passionis, et est intelligere, alia in genere actionis, et est extrahere formas & denudare eas a materijs, ecce quam aperte ĩnuit intellectum esse vnum, quo nos facimus illa duo opera. Ex his recapitulando manifestum est, qualiter quælibet intelligentia excepta prima sit composita, & qualiter non ex re subsistente, & re subsistente, nec ex re essentiæ, & re essentiæ, sed ex modo rei materiæ, et modo rei formæ, et qualiter partes hæ non differunt nisi modo, et consequenter hæc compositio est equiuoca, et quasi non, et ratione differens ab alijs compositionibus.

AMPLIVS palam quid agens intellectus, et qđ potentiæ intellectus ẜm Auerroim et Themistium, et quomodo non differunt nisi ratione et modo, sed re, et esse, et subiecto vnum sunt. Rursum qualiter ambo sunt animæ rationalis quidpiam et separati ẜm esse a materia et corpore.

## *In quo soluuntur questiones contra hoc. Cap. 22.*

AMbigunt autem & rationabiliter sapientes, primo quoniam compositio hæc non tantum esset couueniens separatis intellectibus, sed omnibus rebus excepto Deo & sic materia esset composita, & multa alia videntur sequi incommoda.

AMPLIVS ambiges an cõpositio hæc sit æqualis in puncto omnibus intellectibus separatis, vel alteri quidem plus, alteri autem minus. Rursum si omnes intelligentiæ intelligunt idem primum, quomodo variantur in suis intellectionibus, videtur enim ꝙ omnes esse debeant æqualis excellentiæ. Item si omnes componuntur hac compositione, cur qualiter partes huius dicuntur intellectus potentiæ, & intellectus agens in rationali anima, non dicuntur eadem ratione in singula intelligentia. Tunc vltra propter quid rationalis anima est subiectum non tantum superiorum intellectuum separatorum, sed etiam formarum materialium, & nulla intelligentiarum non

POSTREMO positio hæc refellenda videtur, quoniam Aristoteles inquit intellectum potentiæ esse hoc solum quod possibilis sit vocatus idest pura potentia, modo si vna res est cum agente, proculdubio erit ens in actu secundum esse & essentiam. Amplius omnes authoritates Auerrois apparent contradicere huic positioni, vt illa verba commento decimo octauo, &

19.& magni comenti,&.36.quæ videas si placet. Ad quid et laborauit,com.4.probare ꝙ agens & possibilis differunt vt constat, idem enim esset tunc recipiens & agens, qđ Auer.habet pro impossibili. Item omnis priuatio relinquit saltem possibilitatem in subiecto. Si igitur intellectus agens nihil aliud est nisi priuatio perfectionis causæ,ergo quælibet natura inferior esset potens suscipere perfectionem suæ causæ & omnium agẽtium supra illam.

VLTIMO omnis operatio realis requirit agens & passum realia realiter diuersa,sed intelligere operatio est realis,ergo requirit agens & passum prædicto modo,& sic non possunt esse vnus intellectus ſm rem.

Hæc sunt ea quæ nobis quæstionem causant nõ paruam, quæ si apertæ declarabuntur omnis locus quæstionis tolletur.

AD primam itaq; soluit Auerr. in libro destructio destructionum disputatione tertia in sol. decimioctaui, circa medium dicens esse sensibilium entium multos habet gradus,quorum vilior est in materia, nobilior illo est esse qđ habet in humano intellectu, & nobilius isto est esse quod habet in separatis intelligentijs, deinde in ipsis separatis intelligentijs dictæ formæ gradus habent adinuicem differentes ſm quod differunt illæ intelligentiæ adinuicem. Ex his habetur ꝙ in natura datur nõ gradus perfectionis quæ proculdubio ẽ ipsa prima mã quæ ſm suam naturam non est nisi priuatio tm̃ vel infinitudo,vt Plato & Arist.volunt, & est ipsa perfectio essentialiter,& propter se talis,vt primum ens,reliqua autem sunt in horum medio,& sic quodlibet exceptis extremis proculdubio compositum est hac compositiõe, verum ĩ separatis a mã hæc vna & sola est compositio, in alijs aũt infra ordinem abstractorum non tm̃ hæc inuenitur compositio,sed multæ aliç,vt qnq; declarabit.

Ad formam igitur quæstionis concedẽdum totum, licet sit discrimen, quoniam in separatis intelligibilibus non est compositio nisi hæc,in alijs inferioribus,et hęc, & multæ aliæ quandoq; declarandæ.

AD secundam qõnem rñdet Auer.ibidem parum post & inquit. Amplius dictæ intelligentiæ inter se differunt in nobilitate ſm statum quem habet a primo principio in propinquitate & longitudine, hoc autem declarari potest exemplo suo ibidem paucis interpositis,qm̃ licet oẽs intelligentiæ sint in vno genere esse.s. intelligibilis in eo sunt plures gradus,& hoc inquit in exẽplo.præterea declaratum est in naturalibus, quomodo color habet aliud esse in virtute phantasiæ, qui est nobilior & simplicior esse q̃ in visu habeat, deinde habet nobilius esse isto in memoriæ virtute,deinde habet in intellectu esse nobilius alijs præcedentibus gradibus erit ergo idem esse coloris, habens tamen gradus nobilitatis diuersos,ita nõ est remotum, vt oẽs intellectus habeãt idem esse genere & tamẽ gradus sint in illo genere multi & diuersi,ſm nobile & ignobile. Sunt autem itelligentiæ elongatæ a primo,quædam nullo medio,intelligentia enim secunda cum immediate sit ex prima, scilicet Deo, parum deficit sibi de perfectione primæ, sua ergo priuatio est tantum perfectionis primæ.

TERTIA autem intelligentia,cum immediate sit ex secunda tanq̃ ex agente proximo,ex Deo vero tãquam vniuersali,non tantum priuatur perfectione primæ,sed priuatur perfectione secundæ, & ideo priuatio tertiæ est amplior priuatione secundæ, cum sit elongata per medium.

QVARTA autem cum fluctuet a tertia tãq̃ ab agente proximo,ab alijs tanq̃ remotis priuatur perfectionibus tribus,& iõ eius priuatio est amplior latiorq; & consequenter compositio,alijs superioribus, quo fit in rationalis anima quæ est infimus ĩtellectus sit fere nõ gradus perfectiõis separatorum, verum quia propior est primo q̃ genus sensibilium, proculdubio est ĩ ea aliquis gradus perfectionis,& ideo in ea est priuatio proxime intelligentiæ,& omnium aliorum, est autem habitus quidem maior habitu & perfectione, generis sensibilis entis.

EX his ad quæstionis formam sol constat.Tametsi enim quælibet intelligentia excepta prima composita sit,proculdubio compositio illa variatur ſm longitudinem & propinquitatem,vt Auer.dixit,& sic non consistit in puncto. Et ex his patet sol ad tertiam quæstionem,cum enim quælibet intelligentia intelligat superiorem per essentiam propriam sibi, & per id quod est ei quasi actus,proculdubio quæ erit actualior plus intelliget de prima,& quæ remotior ab ea,& plus priuata,minus de prima intelliget,erit enim ordo intelligendi circa primum similis ac respondens ad ordinem compõnis, & hoc inquit Auer.eodem loco dicens & nõ est ĩpossibile ꝙ ab vna & eadem re sumantur diuersę imaginationes,sicut non est impossibile, vt ab aliqua pluralitate sumatur vna imaginatio, & apertius in.12. diuinorum Arist.com.44.inquit,et cum ita sit non est impossibile, vt id quod est per se intelligentia & intellectus sit causa plurium entium ſm ꝙ ex eo intelliguntur multi modi, & vide reliqua. Ex his accepimus Deum esse vnum intelligibile tm̃,tñ a pluribus intelligi intellectionibus graduatis ſm nobile & ignobile, ſm ꝙ intellectus est nobilis vel ignobilis,& tu persiste, quoniam ĩ commẽto nostro tertij de anima sat diximus.

AD quartam sol: dicendum puto ꝙ virtus & potestas sortit rõnẽ & nomen ab opæ, et nomen diuersum ab opæ diuerso,hæ ergo partes,qm̃ diuersa nobis applicant officia,ĩde diuersas sortitæ sunt rõnes,intells agens dr̃,quoniam vt Themist.ĩquit,principium est quo abstrahimus intelligibilia,ideo rationem partis & virtutis agentis sibi vendicat,altera vero pars, quoniam principium ẽ quo rationalis anima perficitur ac formatur ab intelligibilibus & formis materialibus, rationem potentiæ & intellectus potentiæ accepit.

AMPLIVS eo quod est perfectio in anima rationali intelligit esse abstractorum eo quod est priuatio intelligit res vniuersales & m̃les, quia hæc opera sunt diuersa in anima rationali,& non inueniuntur ĩ aliqua intelligentiarum,quoniã illæ non intelligunt nisi Deũ, & ens abstractum & non habent opus duplex prædictum,ideo partes illæ non sortitæ sunt rationes principiorum operationum,& ideo non dicuntur intellectus agens,nec intellectus potentiæ.

EX his perspicuum est, cur gradus perfectionis rationali anima intellectus dicatur agẽs,& gradus imperfectionis intellectus dicatur potentiæ,& non sic in intellectibus separatis,nec alijs rebus. Et ex his etiam liquidissimæ constat,cur nomine, & modo & ratione diuersi, Auerrois appellet hæc scilicet quandoque duas substantias,quandoque diuersas partes, & quandoque diuersas virtutes,& quandoque diuersas res, et quandoq; genera diuersa,hoc enim ideo est,quoniam natura intellectus potentię est perfici ac formari ab intelligibilibus. Natura vero agentis est perficere animam rationalem ſm operationem æternam,& causare intellecta actu,& ideo has diuersas operationes significans in intellectiua anima magis q̃ in alijs his nominibus diuersis nominauit,tametsi compositio hæc non sit genere differens a compositionibus intelligentiarum.

AD quintam ſm rei naturam, nulla alia causa potest fingi, nisi quia rationalis anima est huius naturæ, nulla vero aliarum talis. Vel quoniam intelligentia humana fuit infima,& eo fuit maximæ elongata a prima, & eo fuit maxime priuata perfectione primæ, & ideo venit ad tantam priuationem et potentialitatem, quod non solum nata fuit perfici ab abstractis intellectibus, sed ab omnibus intelligibilibus materialibus, & si non tibi placet dicas tuo modo.

AD VLTIMAM quæstionem, ad primum argumentum dicendum quod intellectus potentiæ

potest capi dupl'r, vno modo ꝑ illa priuatione primorum intellectuum & intelligibilium m'aliu̅m, et sic nihil aliud est nisi præparatio t'm, & nullam habens na̅m nisi promptitudinis t'm, & sic loquitur Arist. alio modo p̄t capi pro ro̅nali a'i'a, vt stat sub gradu talis priuationis & sic proculdubio est aliqua na̅, & non potentia esse intelligibilia, sed fieri intentionaliter illa, vt inquit Auer.

A D secundum & tertium patet ex dictis. Auer n. no'i'auit hos gradus no'i'bus diuersis pro quanto eis copulamur ad diuersa, vt dictum est, & in hoc laborauit, & patet totum hoc.

A D quartum dico ꝙ aptitudo quædam est s'm speciem & na̅m propriam quædam s'm genus vel transcedens, quemadmodum talpa priuata est visu, quia sibi non repugnat s'm ꝙ a'i'al, ita ro̅nalis a'i'a priuata est perfectione primi, q'm non sibi repugnat sub ro̅ne transcendenti .s. sub ro̅ne entis, & hoc iam sæpe dixi in lib. auscultatio. na̅lis, maxime in .7. illius, co̅men. 2. erit ergo intelligentia hominis priuata priuatione transcendenti .i. quæ relinquit potestatem s'm na̅m entis.

A D vltimum iam manifestabitur qualiter i̅tellectio non est operatio realis s'm Auer. nouum esse habens in ea & intellectu sed noua habitudo s'm modum dice̅di, & sic ex his recapitulanda patet quid sit i̅tellectus age̅s: & quid intellectus potentiæ, & q̄uo reperiuntur s'm re̅ in o'i'bus rebus, tametsi non s'm ro̅nem et denominationem, & q̄uo sunt vna res, plures t̄n sub'æ i̅ mo̅ & dictione, & cur solus primus intell's elongatus est ab his.

## *In quo determinatur ueritas horum omnium. Cap. 23.*

HVcusq; quid potuit Auerr. sentire diximus & s'm principia eiusq; po̅nem explanauimus, sed quia po̅nem Auer. totam esse contra veritatem et na̅lem p'hiam monstrauimus, ideo supposito ꝙ ro̅nalis a'i'a sit multiplicata, et simul cum corpore incipiens et ꝙ sit forma corporis humani, dans esse in qua terminat' sensitiuum & vegetatiuum, tan̄q in termino vltimo & fine totius n'a'æ progressus, oportet nunc veritatem exponere. Ro̅nalis igitur a'i'a cum sub'a sit ex Deo defluxa ac ex semine diuinæ mentis procreata, na̅ est participatiuæ, & non per essentiam, sicut aliqua sub'arum separatarum, quo fit vt ipsa, nec per essentia̅ agat, nec essentia̅ patiatur, q'd. n. per essentiam agit, tan̄q per principium agendi, Deus est vel aliquis intellectuum separatorum, ergo cum ro̅nalis a'i'a neutrum sit horum, proculdubio non per essentiam, sed per facultatem potentiam ac virtutem diuersam ab essentiam operabitur, hic. n. operandi modus proprius est sub'æ procreatæ, sed quia inuenimus in libris peripateticorum a'i'am ro̅nalem agere o'i'a, & fieri o'i'a, scimus ꝙ in ea erit duplex facultas ac potentia, vna .s. qua o'i'a fit, altera qua o'i'a facit. Potentia. n. qua o'i'a facit vocatus est agens intellectus, ea vero qua o'i'a fit intellectus appellatus est potentiæ. Est au̅t intell'us potentiæ comparatus intelligibilibus, quemadmodum perspicuum & in medio & in oculo comparatur ad visilia, quemadmodum. n. perspicuum visilibus confert esse spiritale, prout visilia sunt in ipso, tanq; in proprio sub'o, ita & in o'i'bus his excellenter se habet intellectus potentiæ ad intelligibilia, est. n. connaturalis formis i̅telligibilibus, ac eis præbens esse spiritale prout sunt in eo, tanq; in proprio sub'o, quo fit vt sermo Arist. verificet' .s. ꝙ hic intellectus comparetur ad intelligibilia, quemadmodum tabula rasa ad picturam, q'm in tali habitudine superficies tabulæ est sub'a imagini illuminans figuræ imagini terminata, quo pacto et colores in perspicuo perspicui sunt n'a̅ terminata diuisionibus colorati q'd v'r & formæ intelligibiles in intellectu sunt intellectæ ac terminatæ finibus et quidditatibus rerum. Et tunc verificabitur aliud Ari'st verbum ꝙ hic intellectus nullam materiæ operationem habet, sed potius locus est specierum intelligibilium, ad quem mouentur i̅telligibilia lumine intellectus agentis, sicut colores lumine solis in perspicuum mouentur.

AMPLIVS & aliud verbum Arist. .s. ꝙ cum se paratus sit s'm ꝙ est virtus a'i'æ ro̅nalis, o'i'a quæ sunt in ipso sunt vbiq; & semper, forma enim dum est indiuidua est per hoc, & nunc, & cum abstrahitur ab his est vbiq; & semper, & hoc pacto sunt vniuersalia in esse i̅tellectus, qui non dat hic & nunc, sed vbiq; & semper. Quid igitur sit intellectus potentiæ his patet.

## *In quo declaratur quid sit intellectus agens secundum ueritatem. Cap. 24.*


INtellectus vero agens ad intellectum potentiæ co̅paratur ac ad intelligibilia, quemadmodum lux solis ad perspicuum & ad colores, est enim lux quasi de natura perspicui ac ipsius naturalis perfectio, vt Aristot. ait, & sil'r color est eius perfectio, et per excellentiorem modu̅ erit intellectus agens connaturalis perfectio intellectus potentiæ ac i̅telligibilibus, itaq; quemadmodum colores no̅ mouentur ad perspicuum nisi actu luminis, ita intelligibilia non mouent intellectum pote̅tiæ nisi actu intellectus agentis, et hoc profecto pacto dicu̅t illi, qui intellecta fluere ex intelligentia separata dicunt i̅ a'i'am ipsam, et non a rebus, quarum ipsa intellecta sunt quidditates et formæ, in his t̄n tota n'a̅ intellectibilis animæ se habet magis in ro̅ne formæ, et loci q̄ ro̅ne m'a'æ. Qui vero dicunt ꝙ forma quæ est in anima duplicem habeat comparationem hanc quidem ad rem, cuius est forma, illam vero ad i̅tellectum, et per primam esse vniuersalem, per secundam esse indiuiduam, quia in intellectu per quem est mentiuntur; forma enim in comparatione q̄ habet ad rem nunq; est v'l'is, sed ex comparatione ad intellectum in quo est, eo quia in eo vbiq; et semper esse habet. Quemadmodum enim perspicuum est indiuiduum quidpiam per aerem et aquam in quibus est, et tamen est locus v'l'is, ad quem abstracti mouentur colores sic intellectus potentiæ prout terminat homine̅ et vegetatiuum & sensitiuum quoddam est indiuiduu̅, & tamen est formarum vniuersaliu̅ receptiuus. Amplius & quemadmodum lumen est quoddam i̅diuiduu̅ per luminare in quo est, & t̄n est v'l'e colorum abstractiuum sic intellectus agens est quoddam i̅diuiduum ꝓut terminat essentiam ro̅nalis animæ. & in ea fundatur & t̄n est quoddam v'l'e abstractiuum formarum m'aliu̅m.

Ex his ergo intellectum agentem, & intellectum potentiæ esse virtutes & facultates a'i'æ ro̅nalis, quibus ro̅nalis a'i'a fieri nata est omnia intentionaliter & facere o'i'a spiritaliter palam. Sed vtrum facultates hæ sint tres diuersæ, & inter se, & ab ipsius a'i'æ essentia, quemadmodum odor & sapor in pomo sunt facultates pomi, & i̅ter se, & a pomo distinctæ, nondum palam, hoc enim i̅ commento nostro de a'i'a pro parte tetigimus nec sic vel al'r dicere est ꝙ auferat declarationem q̄ proposuimus, quæ vult igitur inuestigare disto̅nem harum potestatu̅ inuestiget. Quod igitur tandem accepimus est ꝙ intellectus agens, & intellectus potentiæ non sunt duo animæ gradus, sicut Auerr. credit, anima enim rationalis apud nos tametsi ex illis gradibus copuletur, quemadmodu̅ qualibet res, non sunt tamen illi gradus facultates eius, erit ergo anima totum quoddam potestatiuum, & essentiale, essentiale quidem per compositionem, & modo m'a'æ, & modo formæ quemadmodum etiam Auer. nobiscum voluit. Potestatiuum vero quoniam potestates continet quibus diuisa vtitur op'atione, vt diximus, propter quod Aristo. in principio tertij intellectum potentiæ partem animæ appellauit cum dixit (de parte autem animæ &c.) est enim pars animæ no̅ essentialis, sed potestatiua, ut his constat, & sic completus sit tractatus de partibus rationalis animæ.

# AVGVSTINI NIPHI DE INTELLECTV.

## Liber quintus. In quo tractatur de intellectu speculatiuo.

### In quo narratur prima positio Ioan. Ianduni. Caput primum.



EINTELLECTV speculatiuo multæ accidũt ambiguitates, prima quidem an qualitas sit rõnalis aĩæ an sub͂a. Amplius an vnus nño oĩum hoĩum. Rursum an post mortem remaneat. Ad hoc quæsitum primũ Ioãnes Iand. opinatur intellectum speculatiuũ & practicum esse duas potẽtias rõnalis aiæ, quibus potest speculari circa ens speculabile, & intelligere circa ens operabile, oẽ. n. ens, vt dicit est vel speculabile vel operabile, ẽ aũt speculabile ens id qđ non producitur ab hoĩe, nec actione, nec cognitiõe sed tm̃ cognoscitur ab eo, vt cœlum & intelligentia et silia. Operabile vero est id quod põt produci ab hoĩe per cognitionem & desiderium, & hoc siue actione immanente siue transitoria.

EX his dedit Ioan. oẽ ens esse vel speculabile vel operabile, qm̃ oẽ ens, vel est producibile ab hoĩe vel non.

Amplius dedit duplex esse opus. s. speculari & intelligere practicum, est. n. intelligere speculatiuæ intelligere eas p̃ mõ s ꝙ non põt produci ab hoĩe Practicę autem intelligere est intelligere ens. 2. mõ. Et tunc lex his seq̃ ꝙ intell's practicus, & intel s speculatiuus, sunt duæ potentiæ rõnalis aiæ diuersæ fm̃ rem, quod probat, qm̃ uel eadẽ potentia aia põt speculari & practicæ ĩtelligere vel diuersa, si eadem hoc vr̃ impoſe, qm̃ potentiæ diuersantur per actus, vt per multos textus conducit.

IOannes in qõnibus tertii. q. 10. dedit solutionẽ & sustentatur in duobus ꝓpõnibus, quarum prima est ꝙ nulla intellectio vna numero rei generabilis intellui ẽ æterna, & hanc conatur probare argumento Auer aduersus Themi. si intellectus inquit speculatiuus eẽt æternus. i. si intellectus actu intelligẽs esset æternus, formæ sensiles eẽnt intellectæ actu extra animam ac immateriales, quod hoc pacto astruit, si intellectus lapidis una numero est æterna simpliciter, lapis aut fiet intellectus ab intellectu agente, vna cum eius phãtasmate, aut solum ab intellectu agente, dici. n solum ab intellectu agente, est euasio, declaratũ est enim sine phantasmate nequaquã animã intelligere, quo fit vt si dicatur id fieri cooperãte phãtasmate, tũc proculdubio si intellectiones essent ęternæ, eædem numero intẽtiones imaginatę essent æternæ, causato enim ente æterno & causam a qua dependet in fieri cõseruarique necesse est esse æternam. ergo sensationes essent ęternæ. quoniã phantasmata dependent a sensationibus, quemadmodum intellectiones ab intentionibus imaginatis, & cum sensationes sint æternæ formæ sensiles erũt æternæ, cum sensatio dependeat a forma sensili vt scis, & cum nullum æternum sit compositum ex materia & forma, relinquitur formas sensiles esse solutas a materia, & omne solutum a materia est actu intellectum, & sic formæ sensiles erũt actu intellectę, quod erat conducendum, uerificata est igitur ꝓpositio. d. ꝙ nulla intellectio vna numero rei generabilis intellectui est æterna. Et tunc dedit secũdam s. ꝙ homo nõ debet dici actu intelligens nisi actualiter producat actum intelligendi ac eum nouiter suscipiat, quemadmodum inqt, nec ignis dicit̃ actu ignir̃ nisi actũ ignitionis mox ꝓducat. AMPLIVS Auerrois testatur ꝙ homo nõ est actu intelligens nisi per cõtinuationem intellectꝰ, cum eo actu, & hoc est dicere nisi dependeat ipsius actus in homine a phãtasmate, ut per destructionem aliorum membrorũ ħ construit Ioã. quibus Ioã. concludit quod cum vna numero intellectio nõ possit esse æterna intellectui, ac hõ intelligat per nouum actum intelligendi, & cum non possit fingi vnicum numero esse actum intelligendi, erit enim vnũ numero dependens a diuersis causis, eo fit vt intellectiões sint tot numero ac diuersæ & nouę quot homines, intells ergo speculatiuus erit numeratus tametsi intellectus ẽ vnꝰ numero apud Ioannem.

*In quo destruitur hęc positio per fundamenta Auerrois, quę ipse conseruat.* Cap. 26.

SEd positio hæc contradicit rõni Auerrois, arguit. n. in calce magni cõmẽti si posuerimus intellm speculatiuum esse numeratum ac multa, contingit ut res itellecta apud me & apud te sit vnum in specie & duæ in indiuiduo, & sic res intellecta habebit rem intellectã & sic ꝓcedet in infinitum. Ioã. dedit responsum ꝙ hæc quidẽ ratio ab Auerroi tãꝗ probabilis & disputatiue est inducta, cum ibidem arguat pro utraque parte ꝓblematis, iõ soluit ꝙ non a quibuscunque numero diuersis põt abstrahi vna forma cõis, nisi sint loco ac subiecto diuisa quales nõ sunt duæ intellectiones uel duę res intellectæ, quarum vna sit in te & altera in me. Vel aliter inquit ꝙ nõ inconuenit in his iter sine fine vt fingit. Sed proculdubio hic aberrare videtur in fundamẽtis Auer. & accipio duas intellectiones eiusdẽ auri, quarũ una sit in te, altera quoque in me, et qro vel differũt numero sic ꝙ in nullo cõi cõgruũt, uel differũt numero, sed in quodã cõi conueniunt. Et si quidem primũ fingat, ergo differũt plus discrimine generis & sic hmõi intellectiones erũt æquiuocæ, & sic nõ nũero tãtũ

& est dictum derisibile. si vero in quadam cōi forma congruunt, sed q̄diu est quidditas in aliquibus intellectus potest abstrahere, quēdmodum Auempa. d. & Auer. cōmēdat eum, & est manifestum per se, ergo ab his potest abstrahi quidditas cōmunis, tunc sermo Ioan. nihil est.

AMPLIVS hæ intellectiones numero solū differunt, ergo dr̄ia accidentali, quod Ioan. asseuerat, sed quæcunque accidētali dr̄ia discrepant cōcurrūt essentiali quidditate. ergo hmōi intellectiones essentiali quidditate cōueniūt, sed intetellectus pōt abstrahere omne prius a suo posteriori ergo vt prius &c.

RVRSVM istæ duæ intellectiones auri si differunt numero, vel differunt ꝑpter subiecta vel ꝑpter obiecta vel ꝑpter habitudines ad diuersa phātasmata, nō propter subiecta, cū apud eū vnus numero est intellectus potētiæ omnibus, nō apud obiecta, cū idem sit intellectū vtriusq;. ergo habitudinibus ad phātasmata, quorum vnum est in te, & reliquum in me, apud Ioan. sed quæcunque differūt relationibus cōueniūt in absoluto: nulla. n. relatio destruit rōnem absoluti. ergo hmōi intellectiones cōgruunt in rōne absoluta, et sic ab eis pōt abstrahi q̄dditas absoluta &c.

Adhuc intellectio, qua ego intelligo aurū, est, quoddam indiuiduum vel in ea idem est indiuiduū & quidditas omnibus modis, uel quidditas quoquo modo alia ab indiuiduo non primum, quoniam tūc erit essentialiter abstractū & intellectus separatus, vt Auerrois testatur cō. 9. tertii de anima. Si quidditas est diuersa ab indiuiduo. ergo pōt abstrahi ab illo, & sic tollitur Ioan. sol.

POSTREMO arguo, quęcūque differūt numero et cōgruunt specie, hn̄t q̄dditatē diuersam ab indiuiduis, vt scis, sed hæ intellectiones differūt numero tātum, & congruūt specie. ergo vt prius, minorem ꝓbo, quæcunq; ab eisdem causis eiusdem spēi generātur & cōseruātur & corrumpuntur sunt vnius speciei, modo q̄ ita sit patet, qm̄ phātasmata sunt eiusdem speciei, intellectus agēs in me & in te sunt eiusdē speciei & idē numero apud Auer. ob̄m est idē. g̃ simpl'r erit sola dr̄ia nūeralis, & specifica cōueniētia.

*In quo refellitur secunda sol.* Cap. 27.

SEcunda quoque sol. eius error est purus s̄m fundamenta Auerr. declaratū est. n. in posterioribus vl̄ia in quodam esse numero, ꝑpter q̄d a generalissimis vsque in spālissima iussit Plato q̄escere. Itē nihil est humano intellectui ignotum, vt libello de generatione cō. 1 9. dixit Auerr. ergo illa vl̄ia tot sunt vel possunt esse erūt nota, & sic infinitum erit intellectum quod falsum est. Adhuc in essentialiter ordinatis est status, vt Arist. ondit in 2. met. sed ordo vniuersalium est essentialis, quemadmodum testatur Aristote. in posterioribus. ergo vt prius.

AMPLIVS cognitio diffinitiua ꝑfecte nō pōt haberi, nisi fiat resolutio vsque in simpliciter simplicia, sicut docet Ari. in. 7. meta. ergo vna natura pōt infinitis intellectionibus intelligi vel nihil contingeret definiri.

RVRSVM videtur q̄ nihil possit abstrahi ab intellecta re actu, quoniam si intellectus abstrahit formā ab illa. Vel cogitatiua cognoscit indiuiduum illius abstracti, vel nō si nō, tūc intell's pōt fingere aliq̄d vl'e, cuius indiuiduū nō cadit sub sensu, & posset operari sine phantasmate q̄d Ioā. negat, si detur q̄ cogitatiua cogitat indiuiduum illi⁹. ergo erit indiuiduum id actu sensatum, quod est mirabile. Et hæc sunt quæ ex. 36. cō. accipiuntur tertii de anima.

POSTREMO tunc scietia esset q̄litas actiua, ut Auer. arguit, qm̄ q̄n magister docet discipulum vel generat scietiam vel non, si nō argumetum Auerrois nullam hēt necessitatem, si sic habetur quod erit qualitas actiua &c.

*In quo inducitur secunda rō principalis contra Ioan.* Cap. 28.

SEd intellectus speculatiuus est numeratus ac generabilis & corruptibilis simpl'r ut Ioā. dedit, tūc erūt intellecta in potētia actu intellecta, & si q̄s poterit euadere ab hac rōne, argumētum, quo ꝓbat Auer intellectū esse separatum & vnū numero nihil erit, dicam. n. intell'm esse numeratum per corpora ac intellecta numerari, & q̄a intell's est s̄m se abstractus: & nō eductus de potētia materiæ & ab organo solutus, ꝓculdubio nulla erit necessitas ꝓbādi intellectum esse solutum simpliciter, & unum numero, & iam multa argumenta induximus contra Ioan. superioribus capitibus, quibus ostendimus positionē hāc repugnare verbis & fundamētis Auerrois.

EX his patet primam ꝓpōnem Ioā. nihil esse, cā autē sui erroris fuit, quoniā credit argumentum Auerrois contra Themi. & Theophrastum, esse inductum tāquam demōstratiuum, & decipitur, arguit. n. ꝓ vtraque parte, cuius signum est, quoniam cum Auerrois dedit argumentum id parte illa (hoc est igitur vnum impossibilium, quæ vr̄ contradicere opinioni &c.) inducit argumēta ꝓ Themi. & cōtra se, argumētum ergo id est disputatiuum, quod ergo Auerrois reputat ꝓbabile Ioan. demr̄atiuum credit. Quod autem nō cōcludat cōtra Themi. patet quoniam apud Themi. intellectus intelligit per eius essentiam, et nos per essentiam intellectus, phātasmā. n apud Themi. nō habet introitum in generādo sciam sed habitudinem, qua cōtinuatur nobis intellectus, quēadmodum & etiā Auer. sentire vr̄. Propter quod argumētum Ioā. nihil est, cum inquit phātasma corrūpitur. ergo q̄dditas intellecta respōdens illi indiuiduo p̄ntato per phātasma corrūpitur intellectui, declaratum est. n. cām illius inadæquatam sicut non sequitur sor. desinit eē. ergo hō totus sortes cā est hōis inadæquata, ꝓximum. n. fundamētum quidditatis, ut intellectæ est indiuiduum & cogitatum, proximum autem fundamentum habitudinis est phātasma, s̄m The. & Auer. Sed dices saltem apud Auerroim hoc indiuiduum cogitatum desinit esse. ergo intellectio huius hominis desinit eē, & hæc est eadē numero cū illa Platonis. ergo illa desinit.

AMPLIVS quidditas concepta dependet ab indiuiduo cogitato in sorte & illa met ab indiuiduo cogitato in Platone. ergo unum numero dependet a duobus causis totalibus diuersis ut Ioann. arguit uide. Sed miro modo deceptus fuit hic homo, nō. n. per hoc q̄ hoc cogitatum desinet, intellectio lapidis desinet, sed bene desinet esse intellectio huius hominis, quoniam id cogitatū non est cā totalis & sola quidditas cōceptæ ab intellectu simpliciter, sed est mēbrum quoddam, per quod intellectus nobis cōpulatur, s̄m illam quidditatem, erat autē causa inadæquata, cū nōn tātum ab hoc cogitato cōseruetur ac cōstituat̄ quidditas cōcepta intellectui, sed a diuersis, sicut natura humana nōn tantum ab hoc hoīe cōseruat̄, sed in quouis homine. Ex his sequitur q̄ intellectio huius hominis desinet esse q̄n intellectio eadē numero remanebit, quoniam una numero est simpliciter, sed plures relatiue, sicut igitur per speculationem alicuius phantasmatis nihil noui suscipit intellectus, sed tātum efficitur nouus termin⁹ nostræ habitudinis, sic & in corruptione phātasmatis desinit esse terminus rationis & relationis s̄m rōnem. Ad secūdum dicēdū q̄ quidditas cōcepta depēdet ab indiuiduis cogitatis, nō depēdentiæ effectus acti ad cām agētē, sed fundamēti ad fundamētum, indiuidua. n. sunt fundamētum ul'is, ul'e nāque cōseruatur in suis indiuiduis, p̄ nullum tamen adæquatum, ut dictum fuit, & ideo si oīa destruentur nihil remanebit, quoniā destructis primis substātiis impoſe est aliquod aliorum remanere, & ideo habitudo indiuidui cogitati ad uniuersale non est causæ ad causatum ut patet. His cōstat, q̄ quātūcūque intellectio lapidis sit sempiterna, non sequitur formas sensiles eē ęternas, s̄m determinatum indiuiduum, sed bene sempiternæ, s̄m successionem. Licet si intellectio mea, ut mea esset ęterna, ꝓculdubio foræ sensibiles eædē numero eēnt æternæ. Et quā maxīe ultīa ꝑntia claudicat, qm̄ nō seq̄r l̄ est æternū ergo intellectum in actu, corpus. n. cœleste apud Auerroi est æternū, & tn̄ nō est actu intell'm. ergo intētio Auer. nō fuit nisi disputare. Quo vero pacto secūda ꝓpositio refellēda sit superioribus capitibus luculēte expressimus ac disputauimus

sputauim⁹, opinio ergo Ioan. recessit a fundamētis Auer.

*In quo apponetur uera mens Auerrois. Cap. 28.*

ID autem quod qōnem facit in doctrina Auerroi est, vtrum intellectiones quibus diuersi hoies intelligunt idem intellm. v. g. aurum diuersæ numero an vna numero tātum. Secūdo qōnē facit vtrū intellectio, qua ego intelligo aurum tu vero lapidem sint diuersæ numero, an eadem numero. Ad intellectionem primæ debes scire ꝙ duplex est vnum numero, vnum s. positiue p congregationem causarum facientium indiuiduum in actu, sicut sortes dicitur vnum numero, quoniam amplectitur materiā & quātitatem, & alias causas vnitatis numeralis. Aliud est vnum numero priuatione causarum facientium distinctionem numeralem, & hoc pōt esse dupl'r, vno mō cui nihil rñdet nisi sola priuatio, qualis vnitas est materiæ, vnitas. n. primæ materiæ est per priuationē omnium formarū, nec ei respōdet aliud nisi sola priuatio. Secūdo modo cui respōdet aliqua natura, cuiusmodi est vnum numero res vlis, & hoc iterum dupliciter, vno modo per se, & sic quælibet intelligētia in sua specie est vna numero in illa p priuationem causarum facientium numerum, & ei rñdet quædā natura essentialiter & positiua, & si intellectus est vnus numero apud Auerroim. Alio modo cui respondet vna natura, sed nō essentialiter separata, sed per accñs prout mens separat illam a materia & cōditionibus materiæ, & de hoc inqt Auerrois prio meta. cō. 40. intellm. n. aīalis nō inuenitur magis vno numero in specie illius intellecti, quoniam vnum quod est īmateriale nō iteratur ſm indiuiduum. Ex his sequitur ꝙ materia est vna numero, sed non ita vna numero quod distinguatur contra vnum specie, est. n. vna numero materia in sua specie, prout priuata est causis multitudinis. Similiter intelligētia lunæ est vna numero in sua specie, sed non vna numero ꝙ contra vnum specie discrepet, sed est vnum quidpiam numero in tota specie itaque quidditas & indiuiduum idem est, silr intellectum lapidis, idest quidditas lapidis vel auri vel animalis est vna numero, sed nō ita vna numero, ut contra vnum specie diuiditur, sed simul est indiuiduum & quidditas, sicut est de intellectu nr̄o apud Auerroim. His habitis facile est soluere qōnē sub primo intellectu, cū. n. intellectio auri nihil aliud sit nisi quidditas auri cōcepta ac intentionaliter informās intellectum, ex qua & intellectu fit ita vnum intentionaliter, sicut ex materia & forma vnū realiter, dicēdum ꝙ intellectio illa auri est vna numero omnibus intelligentibus aurum, nō vnitate positiua, sicut vnitas sortis & Platonis, nec vnitate priuatiua simpliciter, sicut vnitas materiæ, sed vnitate priuatiua, cuius fundamētum est vnum numero nō diuersum cōtra vnum specie, sed hoc pacto ꝙ indiuiduum & species seu quidditas nullo modo sint diuersa.

EX his sequitur ꝙ quēadmodum colūna vna numero in se simpliciter, potest dici multa ac numerata extrinsece: & quemadmodum intelligētia est vna numero simpliciter respectu totius cœli, & tamen respectu dextri vel sinistri illius dicitur multa, sic intellectum auri in se simpliciter est indiuiduum, a quo quidditas nō est diuersa, sed extrinsece ac attributione ad multa dicitur multa ac numerata.

Sed dices ergo tu intelligeres per intelligere meum, & ego per tuum, & alia multa, dicendum ergo, ꝙ quemadmodum natura humana, cōtracta p principia indiuidua mea est vna numero in specie tamen prout est in me contrahitur aliis ac aliis principiis indiuiduorum, sic intellectū auri in se est vnum numero prout vnum numero est in tota specie, est tamen diuersum in me prout per aliud indiuiduum speculatum continuatur mihi, & per aliud tibi. ergo vna intellectio est numero auri in te & in me, prout vnum numero coincidit cum vno in specie. s. prout in eo idem est indiuiduū & quidditas, licet sit alia mihi & alia tibi, prout intellectum auri est cōicatum mihi per indiuiduum auri nūc phātasiatum a me, quod nō a te, & inde sequitur ꝙ intelligere meū potest remanere tuo corrupto, quēadmodum humanitas pōt remanere in me, & si in te sit corrupta, & si humanitas sit vna numero in specie humanitatis. quoniam istud vnum numero nō est positiuū, & per principium indiuiduationis, sed est indiuiduum, cuius quidditas est idem omnibus modis, tibi tamen & mihi cōicabile quidpiam. Ex his patet quid dat præceptor discipulo, qñ. n. mouet phātasiam & cogitatiuam & memoratiuam, cogitatiua speculabitur indiuiduum auri, cuius quidditatem speculatur præcepto, & cū ille intrat speculari indiuiduum auri, statim intellectum auri, cum erat quoddam cōicabile, unitur discipulo, & sic idem numero est intellectum auri præceptoris & discipuli &c.

*In quodeclaratur, qūo totus intellectus speculatiuus est vnus & æternus. Cap. 30.*

CVm declarauimus quo nam pacto intellectum auri est vnum numero, quoniam in quo indiuiduū & quidditas idem, & qūo multa numero, quoniā cōicabile pluribus pp diuersa indiuidua actu speculata, & qūo est æternum simpliciter, ut est vnū indiuiduo in specie, & generabile, vt est numeratum, opus est videre vtrū intellectio qua ego aurum, tu uero lapidem sunt diuersæ numero. Ad quod potest dupliciter respōderi, vno modo consequēter ad dicta imaginabimur ꝙ intellectum auri est simplex quoddam, cuius quidditas & vl'e est idem cum indiuiduo & particulari, vt dictum est. Similiter intellectum lapidis quoddam est indiuiduum, cui⁹ quidditas est omnibus modis idem, tūc dicit Auer. 7. met. cō. 41. sed tamen qñ intellectus abstrahit eā a subiecto, tunc ita habet esse quidditatem, sicut primæ subæ ad suas quidditates, et intellectio per primā subam id quod nō dicitur in subo: & ista sunt vlia subarū, ut dictum est in p̄dicamētis, vult ergo Auer. illa duo intellecta differre numero, sicut indiuidua quæ dicūtur primæ subæ, licet mō diuerso, quoniam indiuidua subæ differūt numero & cōgruunt specie, hæc autem duo. v. g. intellectum auri & intellectū lapidis differunt numero & specie, quoniam vnum numero est idē ꝙ vnū specie, est ḡ diuersum numero idē ꝙ diuersum specie, in separatis. n. substātiis bene sequitur differuut numero. ergo specie vniuoce dicta, licet possit esse conuenientia in specie analoga dicta p prius & posteri⁹, ut docet Auer. in. 2. cœli cō. 49. Sed dices differūt ne genere. pōt dici ꝙ quemadmodum homo & equus differūt specie & conueniunt genere, sic intellectum equi & intellectum hominis differunt specie & cōgruunt genere, puta in intellecto animalis, & sic nihil prohibet intellectum habere intellectum abstractius, vt. d. Auēp ꝙ intellectum animalis est simul vnum numero specie & genere, ideo est diuersum numero specie & genere ab intellectu lapidis, & cum cōueniant in intellectu entis, quod est principium intellectum, ibi status, istud. n. est vnum numero omnibus intelligentibus, & specie, & vnum genere, & vnum trāscendente, & ideo non potest esse aliud in me & in te cū intelligitur. His habitis ad formam qōnis dicēdum ꝙ intellectum lapidis in me. et intellectū auri in te sunt duo numero intellecta, quæ differūt numero et specie insil', quoniā quodlibet illorum est idem cum sua quidditate, et patet qūo non est p̄cessus in infinitum, status. n. est ad ens: quod nō est aliud in te et me, sed idem numero in te et me simpliciter, licet in me contractum per phātasma meū, tibi per tuum, sicut ego suum aliud ens a te per humanitatem meam, et tu per tuā.

*In quo datur secūdus modus intelligendi. C. 31.*

ET si hic modus sit verus, potest tamen subtilius dici, ꝙ quemadmodum compositum ex materia & vltimo actu, omnibus aliis formis inter mediis, est vnum numero. v. g. compositem ex corpore equi & forma foma equi, omnibus aliis intermediis ibi inclusis. s. forma subæ corporis aīalis &c. vt docet. Auer. primo meta. sic cōgregatū ex intell'u potētiæ & intelligibilib⁹ ordinatis illo mō erit vnus nūero intell's speculatiuus, dico vnus numero, sicut est informis abstractis. s. cuius indiuiduum &

esse idem est. Non tñ est vnum numero cõpõne phyca & hac demõrata, sed compõne intentionali & vli, & ideo firmior ac fixior & maior q̃ ex materia & forma, & hoc videtur intelligere Auer in lib d.d.pispu 6. in sol. tertii, inqt quare rerũ intelligibilia eadẽ sunt q̃ rerum veritates, & intellectus nõ est aliud nisi cõprehensio intelligibiliũ, quę est in nobis intellectum & intellectus & intelligere vnum & idem sunt in quãtum est intelliger & nulla est ibi dr̃ia, nisi inquãtum intelligibilia sunt rerum quæ de earum natura non sunt intellectus, ĩmo sunt intellectus separatione intellectus a materiis. Idẽ dispu. 7. in sol. tertii et in dispu. 3. ĩ sol. 18. inquit. intellectus. n. nõ est aliud nisi cõprehẽsio entiũ formarum ꝓut ĩmateriales sunt, vult ergo is q̃ intelligibilia & intellectus sunt idẽ, nõ idẽtitate essentiali, sicut in prima intelligentia, sed idẽtitate cõpositionis, sic materia & forma sunt idẽ identitate cõpositionis, licet sint diuersa in se. ergo sicut materia & forma sunt vnum cõpositum, ita intellectus potentiæ & intelligibilia sunt vnus intellectus speculatiuus, licet hæc vnio nõ requirat tertiam entitatẽ, sicut vnio materiæ & formæ, ꝓpter quod est essentialior et interior, vt dicit Auerrois. Et hoc declarari põt in intelligentiis separatis, ibi. n. intellectus & intellecta sunt vnum numero, adeo q̃ ex intellectis & intellectu fit vna intelligentia numero, sicut ex intellectu potẽtiæ & intellectis fit vnus intellectus speculatiuus numero æternus, & vnus in sua specie, quæ intelligẽtia humana dicitur, nõ n. differũt, nisi quia ibi intellectus & intellecta sunt vnum in dispõne essentiali, in intellectu autem nr̃o intellectus & intellecta vnum in dispositione intentionali uel accidẽtali. Si igitur ita est ad mentẽ eius, cõsequẽter dici oȝ q̃ quẽadmodum intellectus lunæ ubi esset anima hominis, intellectio qua sortes lapidem & Plato aurum esset vna numero essentialiter, propterea quia vna est intelligẽtia numero, & hoc Theml. opinatur, sic modo in intellectu nr̃o, cũ ibi intells & intellecta sunt vnum vnione intẽtionali, erit idem numero omnibus absolute, licet respectiue ac habitudinibus diuersis erit alius in te alius in me. Quoniam cõtinuabitur mihi per intellectum auri, tibi autem per intellectum auri, lapidis, continuatur autem mihi per intellectum auri, quoniam cogito indiuiduum auri, & tibi per intellectum lapidis, quoniam cogitas indiuiduum lapidis. ergo intells speculatiuus ẽ vnus nũero, cuiꝰ q̃dditas & indiuiduũ idẽ, & sic vnũ nũo sicut repit vnũ nũo in formis abstractis, est autem multus numero prout ei diuersa numero cõtinuantur per diuersa cõtrahẽtia, ut dictum est. Et hoc forte voluit dicere Auerrois in magno cõmento cũ inquit, q̃ intellecta rerum respectu intellectus per quod sunt vnũ entiũ sunt vnum numero & æterna, respectu vero entium per quæ sunt vera sunt multa, quoniam respectu indiuiduorũ imaginatorum numerãtur, licet in se vnum tãtũ sint. Ex his sequitur q̃ licet quãdo sortes intelligit lapidem totus intellectus speculatiuus sibi continuatur, nõ tñ totus totaliter, quoniam licet ille sit vnus simpliciter respectu intells, est tamen multus & enumeratus respectu nostri & nr̃orũ phãtasmatum, appropriabitur ergo totus, sed nõ secũdũ totalem ptãtem nisi in finẽ & augumẽtatur in nobis & diminuitur p augumẽtum & diminutionem phãtasmatum speculatorum, tũc autem erit totus & totaliter nobis cõtinuus, cum cuiuslibet vlis aliquod indiuiduum cogitamꝰ & in memoratiua reseruamus; hæc. n. dispõ est adeptio, vt alias dicetur. Quo quidem modo intellectus speculatiuus sit vnus numero & numeretur, amplius quõ nõ sit accidẽs aĩæ, & quõ post mortẽ remaneat his ꝑspicuũ est.

*In quo soluitur quæstio nona.* Cap. 32.

QVod omnes tres virtutes. s. phãtasia cogitatiua & memoratiua intellectui deseruiãt ꝑspicuum est in dictis Auerrois. cõ. 7. tertii de aĩa, sed qd sit iste cõcursus difficile est. Amplius cum hæ non congruant eodem modo, dubium est quæ harũ magis & primo uideẽ imaginatiua seu phãtasia, quoniam intelligere aut est phãtasiari, aut nõ sine phãtasia, & alibi frequẽter Aristote. & Auer. concursum phãtasiæ ad intelligere explicãt & non aliarum. Ex alio videtur q̃ memoratiua, quoniam magis est spiritualis & intellectui uicinior, vt. d. Auerrois in lib. d. d. dispu. 3. in solu. decimioctaui dubii, & in libello de memoria & reminiscentia Et in. 3. de anima cõmen. 6. Postremo videtur q̃ cogitatiua cum sit nobilissima, & ideo particularis secũdum Auerroim ac cognoscitiua & intellectui cognatior.

RESPONDET ad hãc qõnem Ioã. Iandu. i. 3. q. 15. q̃ oẽs tres deseruiunt intellectui sed principalis est cogitatiua, quæ principalis est, quoniam ĩmediate per præsentiã phãtasmatis, a quo actuatur creat seu generat in intellectu speciem intelligibilem mediãte qua intelligimus, ĩmediatũ ergo deseruiens intellectui ẽm hoc erit cogitatiua ꝓut actuata est specie rerum sensilium. Sed istud friuolum est: quoniam si cogitatiua actuata phãtasmate generat spẽm in intellectu, tunc intellectus potẽtiæ cõcurreret ad nostrũ intelligere viliori modo, ipsa autem cogitatiua digniori & præstabiliori forte, quoniam intellectus ut patiens, & cogitatiua vt agẽs, et p cõsequẽs potius intellectus seruiret cogitatiuæ q̃ ecõtra. & iam dedimus impossibilia enumerata in hac positione. Ideo aliter oportet dicere, q̃ vt diximus alias, fundamẽtum ꝓximum habitudinis & aptitudinis & actualis relationis, qua intellectus cõtinuaẽ nobis vt principium intelligendi, est cogitatiua actu speculans vel cõpones vel ratiocinãs speculabile, hoc. n. ente in nobis statim innascitur quædam relatio, cuius terminus ẽ intellectus, subiectum sumus nos, fundamentũ cogitatiua actuata phãtasmate, aliquo quæ quidẽ relatio est actualis vnio, qua intellectus cõtinuatur nobis vt eo speculamur, & intellectus iste sic formatus & perfectus intelligibilibꝰ, dum per ipsum speculamur dicitur speculatiuus, vt scis, vt vero actu speculamur dicitur in actu, vt autem iam eo speculati sumus & possumus speculari quãdo volumus, dicitur in habitu ergo vnus & idem ẽm rẽ intellectus sortitur tres rationes respectu nostri, et quia quælibet harum rationum est vna relatio rationis ex parte intellectus, realis ex parte nostri ideo contingit esse tria fundamenta, ex parte nostri vnum. s. fundãs actualiter intellectũ speculatiuum. i habitudinem actualem, qua actu intellectus cõtinuaẽ nũc nobis, & id est cogitatiua actu speculãs phantasma aliquod, & sic cogitatiua cõcurrit & deseruit ad intellectum in actu, fundamẽtum intellectus in habitu. i. habitualis cõtinuationis intellectus in nobis est phãtasma retẽtum ac firmatum in memoratiua possibile exire in actu quãdo volumus, & sic memoratiua deseruit, vt fundamẽtum intellectus in habitu i. vt proximum fundamẽtũ habitualis vnionis intellectus in nobis, & quoniam cõtingit istum intellectum fieri in nobis actu, postq̃ fuit in habitu, & non fit in actu, nisi reuocetur in actualẽ cogitationẽ, & nihil reuocat nisi phãtasia, ꝓpterea quia cognoscit formas vestitas sensibilibus, ideo principium reuocãdi phãtasmatum in cogitationem est phãtasia, est etiam principiũ acquisitionis illorum phãtasmatum, & sic phãtasia cõcurrit, tũ ad habitum formandũ phãtasmatum, tum ad acquirẽdũ. ergo deseruit nostro intelligere magis extensiue, quia pluribus modis, memoratiua vno modo, & cogitatiua vno modo sed extensiue, & perfectiori modo cogitatiua, tãq̃ ꝓximũ fundamentum actualis relationis, qua intellectus est principium intelligẽdi in nobis. Ex his sequitur q̃ oẽs deseruiunt, licet modo diuerso, nec deseruiũt ad causandũ intelligibilem speciem, uel intẽtionem, sed ad causandum habitudinem vel ad esse fundamẽtum actualis vnionis vel habitualis vel actualis modo acquisitæ vel modo ꝓuocatæ Declaratum est. n. relationem nõ effici, sed resultare ex fundamento & termino & subiecto, habitudo ergo hæc vel vnio quæ principium est intelligendi in nobis est consequens fundamẽtum. s. cogitatiua phãtasiantem, et terminum. s. intellm, & hoiem tãq̃ subm, q̃ si cõsideraẽ actuale phãtasma di hĩtudo actualis, q̃ actu speculamur, si hitualẽ erit fundamẽtũ hĩtualis vnionis & itelluí i hĩtu deseruit, si vo reuocatiue vl acq̃sitiue, ꝓculdubio phãtasia ẽ ꝓximũ deseruiens,

seruiẽs Hũc modũ dedit Auer. intelligere in .3. de aïa cõ.7. & .33. & apte nos in cõmẽto nr̃o declarauimus. Tũc ad argumẽta opposita dicẽdũ ꝙ Aris. & Auer. expresserũt cõcursum phãtasiæ ad intelligere nr̃m, tãq̃ pl' necie, quoniã in oĩ mõ concurrit, vt diximus, memoratiua aũt & cogitatiua nõ nisi vno modo tantum, licet cogitatiua excellentiori modo concurrat. Ad secũdum nos diximus in expositione commenti sexti tertii de anima, quõ memoratiua vno modo est spiritualiter, & quõ non, & tu vide ibi. Vltimum vero argumentum concludit ꝓpositũ vt scis.

*In quo soluitur vltima quæstio. Cap. 33.*

IN vltima quæstio duo sunt quæ cõclusionem faciãt, quõ. s. hĩ vera sit, intellectus intelligit. Et quo pacto ipsum seipsum intelligat. Ad primam ergo dicendum, ꝙ quẽadmodum hæc est falsa, intellectus intelligit in omnibus separatis substantiis, ita ꝙ hoc nomẽ cõcretum intelligẽs dicatur de his, sic & hæc falsa erit intellectus intelligit: primum autem declarauit Auer in .12. meta. cõ. 39. quoniam inquit sumptum. i. cõcretum non dicitur nisi in relatione ad materiam v.g viuens dicitur de forma respectu illam habentis, et ideo solum in cõpositis ꝓprie sumptũ. i. concretum reperitur. Sed quoniam in eis est distinctio in modo saltem, ideo concedũtur & hoc subdit ibidem, in simplicibus autẽ dispositio. i. principale & dispositũ. i. cõcretum illam habens reducuntur in vnũ in esse, & duo in modo pro quãto intellectus sumit illa ex translatione eorum quæ sunt hic, vt quoniam intelligimus istam homo viuit, ex hac sumimus hanc, deus viuit, non ꝙ vita et habens vitam sint diuersa sicut in animali, sed sunt vnum in subiecto, & duo in modo, ideo non sunt sicut sinonyma, ita vera p̃dicatione nõ dicimus intellectus intelligit sic ꝙ intellectus & intelligens sint duo, tamẽ cõceditur, quoniam sunt vnum in esse & duo in modo. Sed dices nõ videtur simile in intelligentiis & intellectu nostro in illis. n. intellectum & intellectus sunt vnum in esse essentiali, in intellectu nostro nõ & per cõsequens potest intelligi forma & habens formam forma. n erunt intellecta, habens formam compositum ex intellectis & intellectu, qui intellectus dicitur speculatiuus. Et sol. est ꝙ in omnibus abstractis idem est intelligẽs & intellectum, licet in quibusdam idem per se, ac essentialiter, in quibusdam idem quasi per accidens, intellecta ergo actu erunt eadem intellectu potẽtiæ in dispositione vnionis maioris ꝙ̃ sit materiæ & forę, & quia vt sic sunt idem, ideo non potest per se sumi ratio formæ & habentis formam, & ideo hæc erit falsa absolute, intellectus intelligit, attributione autem & translatione ex vere compositus est vera.

*In quo declaratur quo pacto intellectus intelligit se, & prĩo narratur, & ĩprobatur põ Alpharabii. C. 34.*

ALpharabius in libro de intellectu & intellecto opinatur ꝙ intellectus in sui natura est pura potẽtia, et per consequens nõ est potẽs generare suiipsius speciem, cũ vero intellectus fuerit in actu per speciem rei materialis, tũc erit vnum entium, & redditur ita potens ꝙ generabit speciem sui, per quã intelliget se intellectione propria ei. Latini autem interpretãtur Alpharabiũ dicẽtes ꝙ intellectus duobus actibus diuersis attingit se & alia. actus n. quo attingit alia ꝓculdubio rectus est, actus ṽo quo se attingit reflexus ac circularis est, hoc autem eadem specie fieri dicunt, qua cognoscit quidditates vl'es rerũ alio actu per eandem speciem se intuetur, hunc itaque modũ Alpharabium sentire credunt. Alii præterea dixerũt intellectum se intelligere, quemadmodum existimatiua eligit species insensatas ex speciebus sensatis, & cogitatiua cõceptum substãtiæ ex cõceptibus accidentium, tũc dicunt Alpharabium velle intellectum humanum ex speciebus intelligibilibus naturaliter eligere speciem sui & imateria, liũ, ita ꝙ ꝙ̃ primo intellectus rerum materialium spẽbus fuerit actuatus, tam primo redditur potens eligere speciẽ sui, quam extrahit ab eius essentia, omnes ergo cõgruunt ꝙ intellectus alio actu intelligat se, & alio intelligat alia, licet hi dicant alio actu & alia specie, alii alio actu, sed eadẽ numero specie. Videntur autem sustentari in hoc, quoniã distinctio actuũ ex distinctione obiectorum cõsurgit sed intellectus & formæ intellectæ sunt diuersa obiecta. ergo diuersis actibus sunt attingenda. Amplius, illi actus sunt diuersi, quorũ vnus est rectus alter reflexus. Adhuc illi sunt diuersi, quorũ vnus est permanẽs altero nõ ente. Postremo illi actus diuersi sunt, qui fundãt cõtraria indicia. Et his accidit totum hoc. ergo hi sunt diuersi. Auer. obiicit his. d. & sic intellectum habebit intell'm. i. abstractũ essentialiter habebit abstractius, vt itulit cõ. 8. tertii de aïa, & cõsequentia tenet, nã si intellectus intelligitur per ꝓpriã speciem, vel ꝓpriũ actum, cũ actus vel species abstrahant ab eis quorum sunt erunt abstractiores eis. ergo si intell's intelligitur p ꝓpriã speciem, vel ꝓpriũ actum. spẽs illa vel ille act' erit abstractior itellectu, qd ẽ derisibile. Adhuc tũc idem esset forma sui per se. quoniã oẽ intelligibile p se est forma intelligentis, imo uerius faciẽs vnũ cũ intellectu q̃ forma physica, cũ materia physica, ut Auer d. sed p se intellectus est intelligibile quidpiã ꝓprio actu distincto et per se. ergo forma sui. Et etiã hĩ sol. ẽ diminuta, cũ non declarauit, quo genere ꝓblematis intellectus intelligat se intelligendo alia.

*In quo declaratur secundum Auer. quomodo intellectus intelligit se intelligendo alia. Cap. 35.*

CVm de quolibet vere scibili quatuor quæri contingant, si sit, quidque sit quale ue, & pp quid talis sit, vt Aris docet in posterioribus, & intell's sit vnũ vere scibilium ꝓculdubio & de eo q̃rẽdũ erit, an sit qd terminabimus, quoniã est vnum entium, ac etiam qd sit ad quod respõdebim', quoniã oïa fieri receptione. Præterea qualis sit, cui dicemus, quoniã abstractus a materia & organo. Denique pp quid abstractus, & quoniã foras materiales oẽs recipit afferemus. Adhuc post hæc accipiẽdum ꝙ potẽtiarum quædã sunt ita debiles ꝙ diuersis cognitionibus attingũt medium seu rationẽ cognoscendi & conclusionem seu cognitum, & dico diuersis, tum re, tum tpibus diuersis, qualis est virtus cogitatiua, hĩ. n. alia cognitione ac tpe alio cognoscit subiectum alia ac alio tpe p̃dicatum, & inde fit, vt ꝓpõnẽ ex eis cõponat vel diuidat, prçterea alio intuitu intuet' mediũ, ac alio cõclõnẽ, & ideo fuit necessarium ratiocinari ex noto ad ignotũ. Quædam vero sunt ita fortes ac sublimes ꝙ vno intuitu nũero subiectũm ac p̃dicatũ mediũ ac cõclõnẽ cõspiciũt, & eodẽ instãti naturę, cuiusmodi ẽ intellectus primi entis, ille. n. nõ alio actu mediũ cõclusionis & cõclusionẽ ipsam inspicit. Nec p̃dicatũ alia cognitione ab illa subiecti, & hac ꝑfecto de re intellectus primi nec componit nec diuidit nec rõcinat' ẽm pipateticos, cũ ibi nõ sit hoc prius id posterius notũ, sicut fit, tum in ꝓpõnibus, tũ in syllo. Amplius, & post hĩ dicẽdum ꝙ q̃dã sunt entia q̃ p essentiã ac eorum naturas sunt abstracta, & hæc sunt intellectus, q̃les sunt subæ mouẽtes stellas, & intellectus nr̃. Quædã vero sunt, q̃ in suis naturis sunt cõcreta in materia ac indiuidua, & hæc sed sunt abstracta per accidens, ꝓpterea quia mens remouet ab eis materias & illarũ caracteres, & hmõi sunt intellectus p accidẽs, & ideo intelliguntur tantũ & nõ intelligunt, vt docet Auer in .3. cõ 16. Postremo oȝ accipere ꝙ q̃dã intelligũt, qa ꝑficiũtur ab intelligibilibus tm̃, & hoc pacto ĩtell's nr̃ intelligit. q̃dã intelligũt, qa cãnt ac ꝑficiũt intelligibilia, & hoc mõ deus intelligit oïa, eo qa cã est oium, & quasi oïa ipse est. Quædã ãt intelligũt vtroque mõ, ut mediæ intelligẽtiæ intelligũt inferiora, ut cãæ sunt, superiora, ut cãta & ꝑfecta, ut diximus sæpe. His itaque acceptis dicimus ꝙ cũ intellectus fuerit respectu tui uel mei actuatus intelligibilibus tũc ipse intelligit se, prout ipse nihil aliud est nisi foræ rerũ inq̃ũ cõphẽdit eas, ꝓcul ac solutas a mãiis, q̃si igit' se intelligit mõ accẽtali, ut. d. Alexã. i. ẽm ꝙ accidit intellectus ꝙ fuerint ipse i eius essentia, intellectus ergo

propter tria intelligit se per accidens, tum primo, quia nō per eius essentiā cū hoc solum sit in intellectu superiori, tū secūdo, qm̄ intelligit se p vl'es formas, q̄ & si nō sint accn̄s intellectui sunt tñ extrinsecę, & nō essentia intell's p se, sed p accn̄s. tū tertio q̄a intelligit se p illa quorū nāæ sunt, nō intellectus sed fiunt intellectus per accidēs, vt dictum est. Sed quoniam intellectus est potētia sublimior cogitatiua, inferior intellectu primo, ideo supra cogitatiuam retinet φ vno ac eodem actu quo intelligit rationem terminādi problema intelligit se. v. g. eo actu quo intelligit vnum entium, intelligit se esse, & eo actu quo intuetur suam diffinitionem intuetur se. Eodem actu quo intuetur medium in problemate qualis est intuetur se, & sic in ꝓblemate propter quid, & ideo non oportet vt intellectus intelligendo vel habendo se respectu alicuius problematis componat vel diuidat uel ratiocinetur, sicut nec prima mens. Sed cōpositionem facit cogitatiua vel ratiocinatur vt continuaṛ nobis sub forma illorum problematum, & hoc modo patet quō intellectus intelligit se. Ex his patet diīa inter modū quo intellectus se intelligat & primus se. Intell's. n. primus intelligit se per se tribus modis, primo, quoniā se per essentiā ꝓpriā. Secūdo quoniam nō per alia extra essentiā eius cū ipse sit omnia & totum & vniuersum. Tertio qm̄ intelligit se per id quod in sui natura est intellectus. ergo ipse se ipsum intelligit per se omnibus modis per se, intelligētiæ autem mediæ respectu inferiorum se intelligūt, ut primus intellectus. s. per essentiam, & nō per alia, & p id qđ in sui natura est intellectus respectu superiorum intelligūt se quasi per accidens, quoniam p essentiā superioris, quæ non est sub̄a intelligentiæ uel essentia eius licet in se sit intellectum ac intellectus. His patet sol. ad obiecta aliorum, quoniam tametsi obiecta sint diuersa trāseūt in rōnē vni' intellecti pp perfectionem cognoscentis. Ad secūdum ibi non est actus & actus, intellectus n. perficitur ab intelligibilibus, & quia accidit illis esse intellectus, iō intelligit se p accidens intelligēdo intellectus illos separatos per accidēs a mente, res. n. intellectæ sunt intellectus saltem per accn̄s, & ideo intellectus vnica perfectione perficitur ab illis, & a se, ꝓut est quid vnum illorum. Quia. n. intellectū auri est separatum, percipit se separatum, quia vnum numero se esse vnum numero, q̄a tale uel hm̄oi talem uel hm̄oi se pcipit, quoniam intellectum auri est intellectus separatus, ꝓut mens remouet ipsum a materiis. Propter φ patet φ illi actus sunt semper, & nō vnus nūc alter cras. Itē indicia diuersa sunt ratione diuersi modi apprehēdēdi, nō propter diuersos actus, ut patet, quoniā deus vno actu indicat se, & ideas, diuersis tamen indiciis.

*In quo tractamus de intellectu practico, cuius principiū est uolūtas, & ideo primo de uolūtate.* Cap. 36.

QVia intendimus loqui de intellectu practico ẜm Auer. & voluntas facit ad illius declarationē, ideo primo de voluntate dicendum. s. quid sit, cuius sit, & quō distinguitur ab intellectu. Dicēdum itaque primo φ in nobis tres experimur actus, quorum vnus est potentiæ vegetatiuæ, ut nutriri, augeri, & generare. Alius ē potentiæ sensitiuæ tantum, ut tangere & alii actus sensuum. Alius est ratiocinari, & hoc quoque est vl'r & particulariter, particulariter respectu cogitatiuæ vl'r pp cōtinuationē vl'ium per intellectum vnitum ac ad nos conuersum, & quia ut d. Auer. 12. meta. appetitus sequitur cōprehensionem, sicut vmbra corpus ideo erit triplex in nobis appetitus, vnus qui est sequens formam, ut uegetatiua, qualis est in plantis ad suū nutrimētum, vt Auer. d. in primo physi. auscul. cō 81. Alius sensitiuus qui cōsequitur virtutē sensitiuā respectu actuū sensus & hic est cōis hoībus & brutis. Tertius rationalis qui consequiṛ rōnē, et est appetitus proprius hoī, & dṛ uolūtas, & quoniā rōcinamur vl'r & pticulariter, ideo est uoluntas & vl'is & particularis. uoluntas nāq; vl'is est intellectus, intellectus n. dṛ ꝓut pficiṛ ac formaṛ intentionaliter ab intellectis indiuiduorū, & ꝓut per ꝑsum intelligimus dṛ intellectus nr̄. Volūtas āt inquantū ad actū cōsequiṛ fuga vel ꝓsequela, & uolūtas nr̄a prout principium est vniuersale ꝓsecutionis vel fuge. Volūtas autem particularis est uirtus cogitatiua, virtus. n. cogitatiua dṛ intellectus particularis, & aliqua rō ẜm Auer. vt diximus, cogitatiua ergo vt moueṛ a formis indiuidualib' & rōcinaṛ circa illas dṛ rō particularis ac intellectus aliqs, ut uero per actum eius accidit nobis fuga vel prosequela electio uel amor dicitur voluntas particularis, voluntas ergo quid sit, & quot modis sit patet.

*In quo soluuntur quæstiones circa hoc.* Cap. 37.

AMbigūt an volūtas nr̄a sit vnius rōnis cū volūtate motoris. Secūdo an intellectus in se possit aliquid uelle cōtingēter. Tertio q̄ nā pacto voluntate abstracta nos volumus. Quarto quo nā pacto volūtas pticularis se habeat ad volūtatē vl'em. Ad primā dicēdum φ q̄ diu intellectus ita recidiṛ indicat aliqđ, cuius oppositū nō pōt ītelligere ac ei assentire, volūtas ē necessaria, & inde tolliṛ cōtingētia volūtatis, cōtingētia n. volūtatis ꝓuenit ex indicio intellectus ad opposita, & q̄a volūtas intellectus motoris subordinaṛ intellectui, q̄ cognoscit tantum vnū & oppositū, nō iō illa ordinaṛ ad vnū tātū, voluntas āt hoīs, quoniā indicat p intellectū opposita, iō & ipsa potest, & opposita pseq vel fugere. ḡ volūtas motoris ē alterius rōnis a volūtate nr̄o, Ex his seqṛ φ cū intellectus in se cōsideraṛ, vt infimus est abstractorū, sit vna fora oīno liberata a materia ac tātū intelligēs vnū intelligibile. i. gen' subarū separatarū, iō tātū vno mō vult, & inde tolliṛ cōtingētia volūtatis, eo q̄a tolliṛ indiciū intellect' ad opposita.

ET hoc mō uolūtas intell's ē eiusdē rōnis cū voluntate motoris sepati, & sic iā manifesta ē sol. secūdæ q̄onis. Tūc p h sol. p3 ad tertiā, φ licet intellectus in se uelit simpliciter necīa, nec possit appetere oppositū eius qđ intelligit in se, q̄a tñ cōuertiṛ ad nos cōtingēter iudicia opposita capiētes pp cogitatiuā, q̄ rō est pticularis, iō principiū ē exequēdi vel fugæ cōtingēter, erit ergo iste ordo φ intellecta nobis cōtinuātur p imaginatas formas, uolūtas āt p ītellecta. ergo eodē medio volūtas et intellectus cōtinuātur nobis: licet ordine q̄dā. Et p h ad quartā, sicut. n. cogitatiua est q̄dā rō particularis, intell's vero rō vl'is, ex q̄bus cōstituiṛ vnū intelligēs, ita volūtas cogitatiuæ est appetitus pticularis, volūtas āt intell's vl'is, ex q̄bus fit vnū pricipiū electionis & fuge odii amoris & aliorum actuum, hæc de volūtate dicta sint nunc.

*In quo tractatur de intellectu practico.* Ca. 38.

FAcile ex his manifestū ē qđ sit practic' ītell's, oīa. n. entia speculabilia, vt speculabilia, constituūt intell'm speculatiuū, vt diximus Opabilia āt ut opabilia cōstituūt practicū, & q̄a opabilia, ut opabilia, non sunt nisi singularia, & intell's particularis. s. cogitatiua sola, cognoscit singularia vt singularia, ergo intellectus practicus nihil aliud est nisi cōstitutū ex cogitatiua & opabilib' cognitis, vt cadūt sub ope nr̄æ volūtatis, & hoc The. sentire vṛ 1. 3. de aīa ca. 59. vbi ītellectū practicū ponit ꝑesse agēdis reb' & administrādis, q̄ nō sunt nisi pticularia. i tibidē cap. 61. ait φ intellectus practicus est finis speculationis, sed initiū opationis, nihil āt est initiū opationis nisi virtus ac facultas materialis. Et hoc sentire vṛ Aris. cū inq̄t & oīno in actione. i. intellectus practicus, & qđ sine actione. i. ītellectus speculatiuus, ẜm expōnē Auer. cō. 34 nō simpliciter differūt sed in eo φ simpliciter. i. vniuersale differt a quodā. i. pticulari, mō intellectus est qđ vniuersale, cogitatiua intellectus est particularis. ergo nihil uoluit dicere nisi cogitatiuā esse intellectū practicū, & Auer. 3. de aīa cō. 20. in calce. d. intellectus q̄dē speculatiuus differt ab opatiuo p diuersitatē pparationis exn̄tis in hoc ītellectu, & loq̄tur de cogitatiua.

Sed dices medicina ē scīa practica. ergo subiecta eius sunt opabilia, & tñ illa sunt vniuersalia, q̄ nō pn̄t eē in cogitatiua. Similiter moralia sunt vniuersalia, q̄ nō pn̄t fundari in cogitatiua. Dicēdū φ subiecta medicinæ, & moralis pn̄t dupliciter cōsiderari, ut speculabilia sunt, & sic ē scīa, alio mō vt opabilia, & sic sūt singularia & relicta ad op' nīm

primo

primo modo principium eorum est intellectus speculatiuus secundo mō intellectus practicus.s.cogitatiua, uolui autem hæc pauca colligere de intellectu practico quoniā ex intellectu speculatiuo multa potest scire de eo, & qm̄ nō est intentio mea principalis de ipso, quoniā in cōmēto nostro de aīa diximus multa. Ex his patet quid intellēs speculatiuus sit, quid uoluntas, quid intellēs corruptibilis qui dr̄ cogitatiua apud Auerroim, de qua multa diximus, & quid intellectus practicus.

*In quo soluūtur argumēta aliarū pōnū.* Cap. 39.

HIs itaq; perfecte sic expositis facile soluere possumus aliorum argumēta, quæ tacta sunt. Ad primum capitis sexti dicendum, q̄ habitus nō est aliquid intellēs, sed ex parte phantasmatū, quæ cū habituata sunt reuocare nobis faciunt actualem continuationē intellectus, qñ uolumus, & ideo dicit̄ iitellectus in habitu, & hoc iam multoties diximus. Q. āt habitus nihil sit intellectus patet, qm̄ summe inclinatum ac summe cōtrariū alicui opi nunc habituatur, nullus.n. habituaret mām in receptione formarū, cū formæ sint perfectiões māæ, mō intellectus est materia intelligibilium, & summe inclinatus ad ea, tāq; ad eius perfectionē facietia. Nec summe cōtrariū, si.n. decies milies ꝓieceris lapidē sursum, non habituabitur in motum sursum lapis, vt Aris.dicit, & sic intellectus, ut intellectus, non pōt habituari, erit ergo habitus ex parte trium uirtutum manifeste, & hoc idē Auer. dicit in. 3. com. 20. in fine, & ego declaraui id in cōmento nr̄o. Ad scdam dicendū, q̄ argm̄ supponit falsum, intellectū s. ꝓcedere ex ignorātia in sciam, ꝓcessus.n. est a pte nostri qui intramus intellm̄, scire.n nihil aliud est nisi itellectū accipere, accipimus aūt intellectū per hoc q̄ phātasma aliquod speculamur, vt sæpe diximus. Ad tertiam dicendum, q̄ si maior intelligitur q̄ cognitio fiat per sile .i. per silitudinē cātam ab obiecto, quo intellectus tendit in obiectū est mendaciū, qm̄ tunc intellectio esset per medium, & nō uere uniretur intelligibili, sed intelligendū ꝑ sile in gradu: qm̄ intelligibilia nunq; intelligunt nisi fiant intellēs, vt dictum est in vltima qōne huius. Ad quartā, iam declarauimus necessitatē intellectus agentis, & diximus q̄ nō est increando intellectiones uel species intelligibiles diuersas a rebus intellectis, sed est sicut lumen intellēs potentiæ, mediante quo ꝑficitur ab intelligibilibus, sicut perspicuum a coloribus, & tu uide loco eius. Ad quintam dicendum, q̄ singulare & vl'e possunt accipi dupliciter, vnomō ut habent rationem diuersorum intellectorū .s. ꝓut apprehendunt̄ diuersis & pręcisis cognitionibus, & h̄ pacto singulare sensu, & vl'e intellēu apprehendit̄, vt docet Aris.& Auer.in.3.in com.9. Aliomō ut reducunt̄ in formam vnius intellecti.s. ꝓut cognoscitur sub alietate uel cōuenientia, isto.n.modo habēt formā & rōnē vnius intellecti numero, est enim totū idvnum intellm̄ numero aliud ab auro, & sic intellectus cognoscit h̄ intellectione æterna, nec oportet q̄ oē ponens dr̄iam aliquorū cognoscat illa diuersis & perfectis cognitionibus, meta.n ponit dr̄iam inter ens & hoīem uel conuenientiā, & tamē nihil cognoscit nisi ens distincta cognitione, hō aūt cognoscit̄ a pbico, sed sufficit q̄ distincta cognitione hō cognoscat̄ ab habitu sibi ꝓximo ac subordinato, sic intellēs mediāte sensu cognoscit distincta cognitione, singulare aūt ut trāsit in rōnem vnius intellecti numero, cognoscitur ab intellectu, vt mediate sensu fuit cōceptū singulare per se. Ad sextam immo dico, q̄ si daretur species intellectus nō pficeretur ab intelligibili, & quia nō datur, ideo perficit̄ ꝑ se ac immediate intelligibili, quēadmodū forma perficit materiā ꝑficit dico sine medio quod sit formæ silitudo, sed ipsa immediate attingit essentiā materiæ receptione physica & corporali, ita intellecta immediate attingunt essentiam intellectus per se: ac immediate intentionaliter et vl'r ut dictum est, est enim intellēs potentia materia intelligibilium, sicut materia prima materia sensilium, non differēs nisi penes particularem modū recipiendi & vl'em, ut dicit Auer. Ad septimā, iam diximus sæpe sæpius de mō quo intellectus cōtinuatur nobis intellēs enim ſm̄ sui naturam forma nobis nata continuari ſm̄ positionē ac postremā perfectionē, & huius nulla alia est causa: nisi quia intellectus, & nos hoīes sumus hoīes. Sed q̄ nūc tibi cōtinuat̄ est per nouū indiuiduū, q̄ licet sit particulare, iō ſm̄ parti reddit intellm̄ sibi continuū, nec est inconueniens, qm̄ illa cōtractio fit per minus commune ut diximus.

*In quo soluuntur argumenta ex uerbis Auer. accepta.* Cap. 40.

HIs itaq; solutis argumenta ex uerbis pborū soluent̄ & primo debes scire q̄ spēs apud pipateticos nō est specificatū ac silitudo rei & qualitas illius, sed est forma intellecta seu concepta perficiens intellectū intētionaliter, & ideo ubi Arist.in trāslatione nostra habet spēm Auer.in trāslatione eius habet formā, erit ergo sensus q̄ intellectus est impassibilis corruptiua receptione tamē est susceptiuus formæ intentionaliter & ul'r & non inhærenter tanq; sibi accidens, ut male exponunt latini, & potentia hmōi.s perfectiua ac ul'is existens materia ut diximus. Alia auctoritas est in oppositū, locus enim non est subm cui inhæret locatū: ut Simplicius tangit, sed est continens locatum, & quia intellectus non recipit formas intelligibiles inhærenter tanq; accidentia ei sed intentionaliter & ul'r: tanq; perfectiones & intentiones, ideo continet illas, & hoc pacto est tanq; locus, est enim locus ultimum cōtinens immobile primum. Modo intellectus est ultimum continens formas intentionaliter & uniuersaliter ac perfectiue immobile, qm̄ unio intellecti cum intellecto est maxima cum sit indissolubilis, est.n. unio ul'is quæ abstrahit a tpe & loco &c. primum qm̄ adæquate intellectus perficitur ab omnibus intelligibilibus, quot enim sunt possibilia intelligi, tot continet, & quot continet: tot possunt intelligi, & ideo bene dicentes sūt animam esse oīum formarum. Vbi Simplicius sic loquitur (cōmendat locum formarum animam enunciantes ac simul quidem manifestans q̄ non de participato ab anima intellectu erat ipsi sermo ille nanq; non anima, sed præstantior substantia simul uero q̄ formas non accidentia uocat, horum enim sensitiua susceptibilis) hæc Simplicius ad uerbum ecce q̄ aperte Simplicius uult intellectū accn̄tia nō recipere, cum accidētium receptiuum sit sensitiua pars, intellectus autē bene locus est formarū, quæ nō sunt accidentia ei, & per idem patet in tertio uerbo species enim Aristote. formas accepit, ut Simplicius & omnes commentantur.

AD primam auctoritatē Auerrois sol. patet: nos enim bene ponimus intellectum recipere ac pati, sed non realiter & inhærenter, tanq; receptum esset ei accidens, sed intentionaliter & uniuersaliter ut sæpe diximus, quali mō intelligentia inferior recipit & perficitur a superiori, ut dicit Auerrois. Ad secundam dicendum, q̄ subiectum aliquorū esse potest duobus modis, scilicet inhæsionis, et sic sūba est subiectum accidentium, ut Simplicius tangit de mente Platonis in gorgia & in theeteto, alio modo subiectum intentionum ac potius informationum, & hoc est intellectus respectu intelligibilium formarum, & hoc mō intelligit Auerrois. Ad tertiam, phantasma potest cōparari ad intellectum dupliciter uno mō respectu intelligere, alio mō ut acquiritur nobis respectu intelligere phantasma est subiectū i. fundamentum intellecti, quod intelligitur ab intellectu: qm̄ intellectū ipsius est forma uniuersalis cuius esse est in phātasmate imaginato, & sic non habet rationem materiæ nec formæ nec agentis, sed potius fundamenti & conseruātis esse uniuersale. Alio mō comparatur, ut nobis acquiritur, & sic phantasma est fundamentum habitudinis & relationis, qua intellectus efficit̄ nobis forma & principium intelligēdi, & cum fundamentum sit causa relationis, per modum cuiusdam resultationis & non proprie efficiens, ideo potentia phantasmatis, est quasi potentia motoris, ut sit motor & sic intelligit Auerrois contra Auemp. Ad quartam dicendum, q̄ fa

tum est intellectus speculatiuus qui est cōgregatū ex intellectis, & intellectu. hoc enim cōpositū est æternū, nec repugnat æterno esse factum, & habere cām, appellaf tñ nouū respectu nostri, ac ut destruat opinionem Them. q intellm speculatiuū ponit substantiam ęternā intells agentis: ut diximus. Ad quintā, intells fit oia rnō silitudinis: nō q recipiat intellecta mediāte silitudine: sed hoc pacto fit oia, qm nō intelligit nisi res fiant intells ,ppter separatione a mente. & sic recipit eas. Ad sextam, dupliciter cōparatur sensile sensui in rōne motoris effectiuę. s. prout causa est agens cuiusdam effectus: qui spēs & similitudo eius dicif. Alio mō in rōne formæ intentionaliter perficientis ipsum sensum, hmōi ergo comparationes inter sensum & intellm sunt intelligendæ nō de sensili primo mō, sed in scdo mō. s. ,put sensile perficit sensum intētionaliter & immaterialiter, non ut agit effectū, qui similitudo dicitur. Fuit aūt necessaria illa similitudo intermedia in sensu & sensili, ,ppter imperfectionē sensus qua nō pōt perfici a sensili nisi mediante medio, intells aūt cum sit natura superior ac sublimior, ideo potuit perfici ab intellectis absq; medio. Ad septimā, intells speculatiuus potest dupliciter cōsiderari, vno mō in se, & sic semp est extractus nec repugnat æterno fuisse extractum extractione æterna, alio modo respectu tui vel mei, & sic continue extrahitur, intellectus enim agens est principiū, quo in nobis fit ista noua extractio, intells potētię pricipiū q fit i nobis noua receptio intellectorū, licet in se, nec hoc, nec id fiat.

Ad octauā maior est falsa scientia enim & res scitæ nō differunt & quia res scitæ sunt diuersæ ab intellectu, non q sint accidens intellectui, sed intentiones spirituales perficientes ipsum, ideo possunt dici aliæ ab anima econtrario intellectui agenti, qui nihil intelligit extra se. Ad nonam dico, q moueri e duobus modis, vno modo perfici, ac intentionaliter recipere, & sic intellectus mouef ac pficitur ab intētionibus imaginatis motu & pfectione æterna. Alio mō respectu nostri & sic intellm moueri nō est aliud nisi nobis cōtinuari per præsentiā phantasmatū. ut diximus. Ad decimā dicendū, q operatio intells est in genere passionis vlis & intentionalis & nō particularis et indiuiduæ: & ideo non recipit nouum, & si denominaf nouiter recipere ex parti nostri, vt dictum est. Ad vltimum iam patet sol. voluntas enim nō habet ortum ac introitum in faciendo acquirere accidentia intellectui sed habitudines intellectorum, vt sæpe diximus, h sunt q mihi videntur esse dicenda in positione Auerrois, stantibus. n. principiis eius non potest aliter dici, vt patet consideranti ea quæ nos tetigimus.

*In quo veritas narratur oium dictorū.* Cap. 41.

QVæ sunt principia in toto lib de intellectu, hæc sunt. Intellectus est virtus passiua, scdm vero, intellectus est uirtus separata a corpore fm primā perfectionem: hæc enim, vt Auer testatur sunt principia qm his verificatis sequūtur oīa quæ dicta sunt de intellu: si. n. intells est uirtus passiua, tunc sequitur intelligere esse virtutis passiuę opus, & per ɔ̄ns esse in genere passionis: & tunc sequif esse alterū genus intells s. qui dicitur intells agens qui sit oīa facere sicut intellectus potētiæ est omnia fieri. Si prçterea intellectus est uirtus separata fm primā perfectionem, tunc sequif ipsum esse intellm in actu, & quādo est intellm in actu, tunc est virtus separata p essentiam, & cum in separatis per essentiam non possit esse nisi vnū indiuiduū in tota specie, quod simul est indiuiduū & quidditas & indiuiduū est vnū numero cuius quidditas est eius essentia, tunc intellectum esse vnū numero, ac nō alium in me & in te sequitur, sed unū omnibus proculdubio, & quādo intells fuerit eēntialiter separatus, ac purus & vnus, tunc sequitur q ipse nō substernitur accidētibus realibus, & q intelligere est pati perfectiuæ ac intentionaliter subiici formis intellectis prout mens aufert eas a mā, & sequif q species intelligibiles quas Ioā & alii ad Auer. mentē dederunt accidēta aiæ, sint fictiones. Et sequif intellectū speculatiuū esse qdpiā cōpositū ex intellectis et intellectu potētiæ cōpōne intētionali, ac tanta unione ut nūq separetur, & tunc sequif intellm speculatiuū esse æternum ac formas uniri nobis per præsentiam intentionum imaginatarū sicut dictū est. Et ipsum unū numero idē cū sua quidditate, licet sit multū, sicut vle cōicabile per diuersa indiuidua, et sequunf tot ex illis duobus principiis, quot dicta sunt de intellu, ac polia dici, & ideo videmus The. Auic. & alios, qui ponunt intellm separatū & unū dicere ipsum nullū accidentiū recipere, sed Simp dicit accidētia recipi in sensitiua parte. Them. in intellectu cōi Auic. in rationali aīa ponit spēs: quibus acquirif aptitudo q continuatur nobis intells separatus, quo intelligimus. Et quia illa duo sunt principia oim eorū, quæ dicūtur de intellu iussit Auer fieri magnā cōsiderationē in eis, ut Plato dicit & Aristo. & ,ppterea nos cōtradiximus illis: & declarauimus intellectiuam animam esse virtutē in corpore, ac formam attingentē nudam essentiā materiæ, & diximus ipsam numerari fm corpora, ac nouam ex dei luce esse in materia procreatam. diximus præterea intellm esse facultatem essentię aīæ, & ideo nec organicus: nec mistus est, nec uirtus in corpore, ipsum tamen numerari per essentiarum animarum numerum asseuerauimus & alia multa, in quibus errasse Auerro putauimus, & quia nos cōcedimus totum oppositum illorū principiorū, ideo ut expositores dicunt cōcedimus totū oppositū conclusionū, cōclusiones. n. sequunf ex principiis, & ideo dicimus aliud esse intellectū, aliud quo intellm intelligitur. intellectū. n. est qdditas, quā mēs remouet a materia, ac a cōditionib materiæ q intelligimus, est spēs intelligibilis, q est accīs realr inhærens animę mediate, qua anima transit in intelligibile, & fit id, & tunc habemus dicere intellectum speculatiuum esse congregatum ex speciebus intelligibilibus: & intellectu potentiæ, & qm intellectus potentię est numeratus, ideo & intellectus speculatiuus erit numeratus, & quia intellectus potentiæ est nouus, & intellectus speculatiuus est nouus, & tunc habemus dicere intelligibile comparari intellectui, duobus modis s. in ratione agentis & in ratione formæ, agentis quidem prout creat uel extrahit species intelligibiles de potentia in actu, & ponit illas in intellectu potentiæ, ut declarabitur. Formæ autē, qm mediante specie perficit intentionaliter intellectum quemadmodū forma mediante dispōne qualitatiua & quātitatiua perficit materiā, & huius ratio erit: qm fm nos intells non est per essentiam separatus, sed uirtus est in essentia animæ quę est in corpore. Et tunc sequif intellm practicum esse aggregatum ex intellectu potentiæ & intelligibilibus practicis & unam facultatem esse utriusque, licet modo ut est sub uno modo ut est sub alio. accipiat diuersas rationes, ut scis. Et quando ita fuerit sequitur totū oppositum eorum, quæ Auer dixit, & qm nos contradiximus principiis nō oportet contradicere cōclusiōibus qm una est cōtradictio principiorū & conclusionum, quādo conclusiones sequuntur ex principiis. Et mirum est, quo Ioan. Iand. uir famosus in doctrina Auerroica sic celpitauerit, cum Auer. enim principia concessit, sed in conclusionibus deuiauit, quæ sequuntur omnino ex illis principiis, & sic ipse reperitur medius semper inter latinos & arabes, sic profecto nec est arabs, nec latinus, & causam huius totius diximus in hoc libro.

*In quo enumerantur quæstiones in hac pōne & soluitur prima qō scdm positionē Ioannis.* Cap. 42.

SEd his accidūt duæ qōnes difficiles, quarū prima est an intellectio quæ actus est intells potentiæ, & spēs intelligēdi, quę rō est intellig di sint res diuersæ, an uero una res in subiecto, sed diuersæ modo. Scda uero quæstio est, quo nam pacto phātasma cōcurrit ad ipsam speciem ac intelligendi actū s. si ut causa, an ut dispositio, & si ut causa, vtrum in genere agentis, an alio modo, hæ enim sunt quæstiones quæ præcipue nobis accidūt. Primam quidem quæstionem Ioā. in quæstionibus tertii. q.

14. conatus est soluere, opinatur namque intellectionem non tm̃ diuersam esse mõ & rõne a spẽ intelligibili, sed re adeo ꝙ opinatur in eis distinctionẽ realẽ, & inducunt eũ ad hoc plurimæ rationes, quarũ prima est quæ sunt in diuersis generibus differunt ẜm rem, intellectio & species sunt hmõi, qm̃ species qualitatis est species, intellectio autem in capitulo est passionis ergo &c.

AMPLIVS cessante intellectus actu proculdubio remanet species ergo erunt diuersæ res.

RVRSVM spẽs causat intelſs actum, & oĩs causa differt re a causato, ergo ut prius. Adhuc, si nõ tunc phantasma esset imediatũ principiũ actiuũ intelſionis. Itẽ actus primus ẜm rem differt ab actu ſc̃do, & species actus est primus: intelligere actus secundus.

PRÆTEREA species est vna cõtrariorum & intelligendi actus multiplicantur, his & aliis Ioan. & multi aliorum opinati sunt actum intelligendi qui intelſio dr̃ cẽ ẜm rem diuersam ab intelſu & a specie intelligibili, vt dcm̃ ẽ.

## *In quo enumerantur argumenta contra Ioan. & ponitur positio noua.* Cap. 43.

ET cum hõ considerabit inueniet argumenta aduersus Ioan. forte (& si nõ demõstratiua) probabiliora argumentis Ioan. & ideo primo arguemus. Si esset vt dicit: tunc intellectus esset in actu anteꝗ̃ intelligeret: cõsequẽtiam reputant omnes peripatetici extraneam, et probamus eam, quoniã ex intellectu & specie fit verius vnũ ẜm Ioan. ꝗ̃ ex materia & forma, & quod uerius est vnũ uerius est ens, ergo intellectus & species sunt uerius ens, sed quod vere est, actus est, ergo intellectus per speciem informatus est actus uel in actu, & intelligere est post speciem, saltem natura vt Ioan. voluit, & est manifestum per se ergo intellectus erit in actu anteꝗ̃ intelligat.

AMPLIVS si species distinguitur ẜm rem ab intellectu: & præcedit actum intelligendi, tũc in intellectu duo erunt recepta ordine quodam scilicet species intelligibilis & actus intelligendi, & sic, vel erũt ambo qualitates, vel species erit qualitas: & actus intelligendi passio & nõ potest dici ꝙ actus intelligendi, est passio, quoniam verius perficit intellectum ꝗ̃ species, cum species præsupponat ab intelligendi actu, tanquam dispositio erunt ergo ambo qualitates vt omnes concedunt, tunc uel eiusdem speciei, uel diuersarum, & non possunt poni in diuersis speciebus qualitatis, ergo in eadem specie, & tunc arguo, ꝙ intellectus non esset denudatus a specie recepti, taꝗ̃ a medio recipiendi, quod est contra Auerroim in multis locis. Adhuc difficile esset dare illius speciei necessitatem, cum non sit necessaria tanꝗ̃ dispositio, nec tanꝗ̃ medium inter puram ignorantiam & scientiam, nec ut causa actus intelligendi, omnia enim argumenta, quæ alteram harum partium probant, sunt debilia & non excedunt naturam sermonis dialectici. Facilius ergo dicendum puto intellectionem esse speciem secundum rem, sed differre solum in modo & ratione, potest enim effectus comparari ad intellectum potentiæ, & ad formam intellectus abstractam a materia quæ uocatur obiectum intelligibile, si enim intellectui comparetur sic passionis et intellectionis nomen sibi vendicat. Si autem obiectum respiciat intelligibile, cuius est similitudo, sic rationem speciei retinet, erit ergo una res absolute, licet modis intelligendi illam sint diuersi. Et tunc ad primum argumentum Ioannis patet qualiter intellectio non est sola passio ẜm nos, nec ẜm eum, sed est qualitas spiritalis, vt dixi.

AD secundam patet sol. licet enim illa res quæ est intellectio maneat, non tamen sub illa ratione, sicut cum remaneat albedo quæ fuit fundamentum similitudinis, eadem res remanet, quæ fuit similitudo, non tamen remanet sub ea ratione. Et sic cessante intellectione non cessat species, quoniam non cessat intellectio nisi secundum rationem, non simpliciter.

AD tertiam constat sol. quoniam nec intellectio est causa speciei, nec species intellectionis, cum sint idem numero & re differunt ratione.

AD quartam forte ꝙ non est inconueniens ꝙ obiectum in phantasia sit causa partialis intellectionis: ut declarabitur post.

AD quintam iam scisti sol. in libro de anima. 2. commento quinto vbi docuimus actum primum et secundũ non nisi modo differre.

AD vltimam sol. patet illa enim multiplicitas est secundum modum, & non secundum rem sicut sæpe declaraui. Intellectio ergo & species intelligendi sunt unũ re ac secundum fundamentum, differunt tamen ratione & modo intelligendi, semper enim uitanda est superfluitas quantum est possibile.

## *In quo tractatur secunda quæstio.* Cap. 44.

QVæstionem quoqꝫ secundam Ioan. in quæstionibus tertii quæstione. 15. persoluit: cum enim inuenit inter speciem intelligibilem & phãtasma habitudinem necessariam ac essentialẽ, & inspexit ꝙ omnis habitudo essentialis & necessaria est causæ & causati opinatus est ꝙ uel phantasma causa sit speciei uel econtra & cum inspexit speciem non posse esse causam agentem ipsius speciei, dedit phantasma esse causam & agentem ipsius spẽi intelligibilis, & ꝙ intellectus agens sit causa actus intelligendi, ut prolixe loquitur, & sic opinatur phantasma esse tanꝗ̃ agens in uirtute intellectus agẽtis ipsius speciei intelligibilis, quæ est intellectui potentię ut dispositio pro actu intelligendi. Sed hæc positio potest multipliciter intelligi, uel enim Ioan. opinatur intellectum agentem & phantasma esse causas agentes, secundum diuersos ordines, vel secundum eundem, si secundum diuersos, vel ꝙ intellectus agens sit tanquam causa vniuersalis sicut sol & phantasma tanꝗ̃ causa particularis, sicut homo respectu generationis hominis, vel ꝙ phantasma sit tanquam instrumentum, & intellectus agens sicut principale & ars verbi gratia sicut semẽ respectu patris vel securis respectu incisionis, si autem secũdum eundem ordinem, uel æque principaliter sicut duo trahentes nauim, uel unum eorum principalius altero, vt semẽ patris et matris in generatione fœtus apud medicos. Non potest fingi primus modus, quoniam tunc totale agens proximum speciei intelligibilis esset phantasma, quod est impossibile, quoniam tunc effectus præstabilis causaretur ab agente uili, & natura corporalis ageret tanꝗ̃ causa totalis, in naturam spiritalem, qđ est manifeste falsum, & alia multa. Nec potest fingi ẜm: quoniã nullum agẽs æternum utitur instrumento nouo tanꝗ̃ moto ab eo, in cuius motione consistit tota perfectio secunda illius, vt declarauimus alias. Si detur ꝙ æque principaliter concurrunt, tunc essent æqualiter digna ac neutro neutrum esset præstabilius.

AMPLIVS si intenderetur uirtus unius, alterius virtus superfluit: vt si intenderetur virtus vnius trahentis nauim: alter superfluit. Et ideo videtur mihi ꝙ phantasma in ratione naturæ particularis ac propria uirtute, & intellectus agens propria virtute concurrunt, sicut duæ causę partiales facientes unam totalem itaque nec intelſs agens habet virtutem suam a phantasmate, nec econtra, sed tantum est ibi differentia penes principaliter & minus principaliter, intellectus enim agens principalius concurrit, ꝗ̃ phantasma quoniam præstabiliori modo. Nec est semotum immateriale causari a materiali, tanꝗ̃ a causa partiali. Et vniuersaliter nobile ab ignobili hoc modo, & hoc profecto pacto dicendum est apud nos, ꝗcquid dicat Ioan. qui in hoc errauit multis modis. Quæ quidem de intellectu practico & speculatiuo dicenda erãt hæc & tot sunt. Et sic finis sit Quinti libri de intellectu, domino concedente.

# AVGVSTINI NIPHI DE INTELLECTV.

## *Liber sextus Qui est de statu animae.*

### *In quo narratur intentio libri, & ordo dicendorum.* Caput 1.



VAE dicta sunt in his de intellectu supponantur vt de origine aiae, imortalitate separabilitate, & multitudine. Rursum & quae in cōmento nostro de aia, & in libro de beatitudine oia confesse subiicienda. Consequens est de statu aiae pertractare, est autē status eius terminus vltimus uel oium actuum quies, ac permāsio vel beatitudo oium bonorū cōgregatione perfecta, vt pbi dicūt, inuenimus aūt hic diuersas positiones, qm̄ quidam statum eius in corpore ponunt, quidam & post corporis solutionem, & quia ipsa in corpore prior est seipsa extra corpus, consequens est, ut primo positiones de statu animae tractemus quae ipsam in corpore tantum stare confitentur. Deinde positiones eorum qui eam post corporis solutionem stare, ac permanere sentiunt. Est autem pertractatio haec honorabilis appetibilis ac difficilis, honorabilis quoniam sicut Arist. d. in. 8. topicorū ca 4 diuidere aūt hmōi est, vt qm̄ disciplina a disciplina melior aut in eo ꝙ certior est, aut eo ꝙ melior, & qm̄ optimū oium naturalium animus est, & quanto erit optimus quando in eo perfectionem & statum ac quietem intelligimus, ergo pertractatio nostra honorabilis est, cum de re honorabili ac optima sit. Appetibilis vero quoniam desiderium humanum est uelut uia, status autem terminus, ergo cum haec tractatio est de termino nostri desiderii, erit & summopere desiderabilis. Q, vero difficilis ac ardua res profecto quilibet credat, sunt enim tot uiri, qui hac in re cespitarunt, ꝙ secū cespitare facerēt multos, & maxime cum in Arist. quaestionem hanc solutam non inuenimus in libro de anima, ubi debeat eam soluere, & sic patet intētio, ordo dicēdorū, et vtilitas tractatus.

### *In quo narratur prima positio in generali.* Caput. 2.



Tatum rōnalis animae & cōsequenter hominis foelicitatem beatitudinem ac finem ultimum uolumus intelligere, & sicut dixi, quidā aīam stare dicunt in corpore, quidam extra corpus: quidam et in corpore et extra corpus. Eorū qui dicunt eam stare in corpore, sunt oēs qui rōnalem animā mortalem ac simul cū corpore interimi autumant. Qui autem eam stare extra corpus dicunt solum hi sunt, qui animam prius creatam ac productam esse cū reliquis intelligentiis deinde ad corpora uenisse, ut anima ex cuius praesentia animatio cōficitur hominis. Qui denique eam & in corpore stare & extra corpus sunt peripatetici, qui rationalem animam credunt eodem instanti esse procreatam quo corpori unitam, ergo positiones de statu animae, variantur uarietate & discrimine positionum circa essentiam animae ut dicit Auer. in lib. de foelicitate, & ideo scimus ꝙ tractantes de statu animae oportet ut pertractent de esse animae. quaecūꝗ ergo dicta sunt de anima tanꝗ fundamenta sint accepta a nobis, reiquum erit tractare statum illius iuxta fundamenta accepta. Eorum ergo qui animā mortalē dicunt differunt in positione status. Carneades enim academicus naturę tantum bona statum animae & hominis animati praedicat, qualia sunt robur, sanitas, pulchritudo, & alia corporis bona.

Alii aūt in diuitiis ac fortunae bonis ut miden, quē mistice tradunt, ut Arist. inquit politicorū primo alii quoꝗ statum hominis in eo ꝙ homo in animae uirtutibus tātū determinarunt, ut Diogenes cinicus & forte Soc. Academicorū quidā foelicitatem ac hoīs statū congregatiōe horum trium bonorū. s. corporis animae & fortunae.

RVRSVM eorū qui in naturae bonis stare animam dicunt adhuc partiti sunt, quidā enim statum perfectissimum hominis uoluptari dicunt, ut epicurei. Quidam in gloria, ut stoicorū multi qui hoiem foelicem existimant qui honore gloria & fama polleat, cum quibus forte Dinomachus, & Calipho cōgruunt Reges autem & dñi statum hoīs in eo quod hō potentiā in omni genere esse autumant. Quaecūꝗ igiť de foelicitate & statu hoīs perfectissimo dici possunt haec & tot sunt sed nō licet aliquem absentē condēnare, nisi uisa cā dicendi, ut dicit Arist. ideo pōnes horum singulis capitulis enarrabuntur, propriisꝗ fundamentis confirmare conabor.

### *In quo narratur positio dicentium voluptatem esse statum hominis, & argumenta eorum.* Cap. 3.

BOna quidem corporis sunt cōia ad uoluptates glorias, & potētias, ideo nō oportet facere caplm̄ separatum de bonis corpis & aliis, incipiendū ergo est ab eis qui uoluptatem statum perfectissimum hominis opinati sunt. Aristippus igitur Cyrenaicae sectae conditor, Eudoxus Platonis familiaris, Philoxenus, Sardanapalus Assyriorū rex, Xerxes persarū rex, ac infiniti fere hoīes & ciuitates innumerabiles, quorū oīum quasi princeps fuit Epicurus, opinati sunt uoluptatem esse summū hominis statum ac bonum. Syllogizatur autē Eudoxus hoc oēs appetūt statū ut manifestū est et uiuētib' & nō viuētibus, rationabilia & irrōnabilia, omnia appetunt voluptatē, ergo in tertia figura uoluptas est status ultimus. Aristippus aūt arguit per regulam tertii topicorum, s. n. inquit contrariorum contraria sint contraria, si dolor est si per se fugiendus tanquam summum malum uoluptas itaꝗ omnibus erit expetēda, tanꝗ summum bonum. Amplius Eudoxus arguit & rursum, qđ eligiť gratia sui est status ultimus sed delectari gratia sui eligitur, ac expetitur, status ergo delectari. Minor patet nullus enim quęrit alteri cuius gratia uelit delectari ac uoluptari, nisi quia uoluptas finis est.

RVRSVM arguit quod appositum cuicunꝗ auget bonitatē illius status est ultimus, sed uoluptas addita cuicūꝗ est augens bonitatem illius. ut patet; uoluptas ergo status Philoxenus uero ratiocinatur, & quod meliori inquit & honorabiliori inest magis eligendum, ut qđ deo ꝗ homini sed uoluptas est dei eligibile & expetendū ut Aristo. 12. meta. etiam testatur, ergo & homo uoluptatē eligere tanꝗ summū debet. Epicurus autem ut Tullius narrat in lib. de finibus bonorum & malorū et ratiocinatur & sic, id cuius oppositum oditur refelliturꝗ ipsum in se amabile ac summe expetendum: sed dolor oppositū uoluptatis summe oditur refelliturꝗ: ergo uoluptas eius opposita summopere eligibilis, beatum igitur hominem dicunt, qui voluptari uident existimantꝗ, ob quod Xerxes repertori noue voluptatis stipendium instituit, & vt foelicitaretur credebat. Haec igitur de voluptate ueteres sensere, ac his argumentis moti sunt.

### *In quo refellitur haec positio.* Cap. 4.

CRitolaus peripateticus voluptatem esse malū, multaꝗ alia parere ex sese. v; iniurias, desidias, obliuiones, ignauias testatur ob quod arguit voluptatem non esse summum bonum, nullum inquit summū bonū impedit prudentiam, sed voluptas impedit prudentiā, nō ergo uoluptas summum bonū. Immo vt Tullius ostendit in libro de finibus &c. voluptas destruit temperantiā, fortitudinem, ac iustitiam, temperantiam quidem qm̄ vt

inquit Cicero in libro offi. temperantia libidinum inimica, libidinũ autẽ amica est uoluptas uoluptas, ergo destruit temperantiam Fortitudinem vero, qm̃ ut Cicero testat̃, & ibidẽ, iam q dolorẽ summũ malũ dicat apud cũ quẽ habet locum fortitudo, quæ est dolorũ laborũq; cõtemptio. Iustitiã deniq; qm̃ ut Cicero & Aris. ostendũt, q voluptuosus est iustus minime esse potest.

AMPLIVS nullũ cõe hoibus et pecoribus ac bestiis summũ est bonũ voluptari & ho bus & bestiis esse cõe nemo est qui formidet, maior p̃spicua, ad maiora enim genuit nos natura, vt Cicero inquit, q̃ ad voluptatẽ nobis & bestiis cõem, & vt Seneca testatur in quæstionibus ob aliud ꝑfecto nati sumus, q̃ vt cibum potũq; ꝑcolere mus, & hoc Auic. in. 9. suæ meta. cap. 7. cõtra suã legẽ testatur d sapientibus vero Theologis multo maior cupiditas fuit ad cõsequendũ hanc fœlicitatẽ, q̃ fœlicitatẽ corporum, quæ quãuis daretur eis, tamen nõ attenderunt eã nec appreciati sũt eam comparatione huius fœlicitatis, quæ est cõiunctio primæ veritatis Et hoc Arist. 7. ethic testimonio aliorum inquit, nihil quod quæritur a pueris & bestiis est bonum.

RVRSVM nullũ summũ bonũ mala sequũtur, sed voluptatẽ mala fere infinita sequi ostẽdunt pbi, inquit. n. Plautus, ita dis placitũ voluptati vt mæror comes subsequat̃. Hippocrates quoque docet crassa et obesa corpora in paralysim et pessima morborũ genere erũpere, nisi cita missione sanguinis minuat̃ vnde & athlete, quorũ vita et ars sagina est, vt Galenus dicit, diu viuere nõ possunt nec diutina perfrui valitudine, quorũ mentes adipibus inuolutæ, nihil sublime tenueue possunt cogitare, ꝑpter quod pinguis venter non gignit sensum tenuem, vt Hiero. ait. Propter qd̃ Antisthenes socraticus pbs ait, insanirẽ potius q̃ oblectarer: vnde & Oratius: sperne voluptates nocet empta dolore uoluptas, ob qd̃ Socr. arguit nullũ summum bonũ occultatur sed sunt uoluptates quas ob turpitudinem occultamus. Ex his & aliis, quæ ex Aristo. tũ primo, tum tertio, tũ 7. tũ. 10. ethico. excipiuntur volumus voluptatem summũ bonum ac hominis vel ipsius animæ statum vltimum non esse.

*In quo soluuntur argumenta opposita. Cap. 5.*

ARistoteles in 10. ethico. aliquos negantes maiorem Eudoxi inducit, & expositores illius libri dixerunt esse Platonem. Plato enim vt dicunt abnegat hanc bonum est, quod omnia appetunt, sed mentiuntur, quoniã Plato in Hipparcho sic syllogizatur eam, lucrum ab omnibus appetitur bonum est lucrũ ergo & bonum ab omnibus appetitur, inducit autem ibi Socratem & Hipparchum disputantes de maiori & minori huius, tandem conclusionem dedit ꝙ bonum est qd̃ omnia appetunt, & sic patet eos mentiri. Propter quod Arist. 10. illo subdiuidit uoluptatem esse summum bonũ vno modo, & alio modo non, sed vt Epicurei loquuntur de voluptate, minor falsa est. Quomodo aũt voluptas pars sit fœlicitatis, & qũo non posterius dicemus.

AMPLIVS secunda ratio etiam verificãda est vno mõ, alio modo non, sed sic absolute, nõ semper dolor ꝑ se fugiendus vt patet apud fortes, iustos: temperatos, & prudentes, sed qũo sit posterius dicemus. Rursum quo pacto voluptari gratia sui vel alterius alligatur dicemus, nunc autem minor habeatur tanquã falsa simpliciter multi enim sunt & adhuc fines vlteriores voluptatis, vt dicã. Adhuc Plato argumentum quartũ cõtorquet, quoniã addito inquit alio bonum sit expetibilior, q̃ sit sola, summum aũt bonum nullo additamento cumulari potest, id enim summum est cui nihil adiicii potest, & sic patet, ꝑpositionũ impossibilitas. Item quod quinto arguitur nihil est quoniam voluptas vno mõ deo competit, alio modo in famoso sensu a deo remouetur. & sic minor est ad maioris intellectum æquiuocat. Et hoc pacto, illud quod 6. loco constabat nihil est, quis enim dolor est fugiendus & quis non posterius dicetur, sed iam hic manifeste liquet, nõ oẽm enim dolorem pbi fugiendũ esse reputant.

*In quo inducitur positio eorum, qui gloriam statum animę extimant & improbatur. Cap. 6.*

ROmani græci ac barbari imperatores voluptates oẽs contẽnentes noctes diesq; in labribus militaribus vigilantes vt gloriosi uiuerent, gloriosiores morerent̃ solam gloriã extimarunt extremum hoĩs statum. Fuit huius positionis Themistocles Atheniensis, de quo narratur ꝙ noctu ambulabat in publico q̃a somnum oculis capere non posset quærentibusque huius vigiliæ causam respondebat, Milciadis Tropheis & gloria se ex somno suscitari.

AMPLIVS Demosthenes valde lętatus est gloriæ susurro, quando anus attica aquam ferens, ita alteri ĩsusurrauit, hic est ille Demosthenes? & profecto ut Silius inquit, mortales ad gloriam geniti sunt, hoc carmine loquens ad laudes genitum capiant si munera diuum. Fœlix ad laudes hominum genus. Syllogizantur autem gloriam eẽ statum vltimum, ut Arist inquit hoc modo, id quod redditur his qui bene operantur in uita tanquã præmiũ videtur esse ultimus hominis status, ꝙ aũt honor exhibeatur his patet in infinitis, inquit enim Cicero, nullã profecto uirtus aliam mercedẽ laborũ periculorũq; desiderat, præter hanc laudis & gloriæ.

AMPLIVS idem Silius ostendit, cum Annibalem alloquentẽ milites laborũ suorum solam gloriã esse proponentem inducit. d. mihi magna satis sat uera superque Bellandi merces sit gloria cętera nobis Vincãtur. Quod quidem gloria sit ultimus finis testantur poetæ & viri fere infiniti, inquit enim Valerius Flaccus. Tu sola animos mẽtẽsq; peruris gloria. Item Silius italicus inquit, arripuit traxitque virum fax mentis honestæ gloria.

PRÆTEREA Oratius ait. Sed fulgente trahit cõstrictos gl̃ia curru. Nõ minus ignotos generosis. Huius profecto gratia pugnæ, iræ, actus denique omnia nostra opera facimus, bruta enim cuncta coitus gratia, homines ꝑpter honorem cũcta faciunt. Sed profecto viri hi aberrant, ut Aristo ostendit ethico primo, qm̃ omnis fœlicitas actus est & forma fœlicis, ut declarabimus. Sed honor non est actus fœlicis sed honorantis, non enim in potestate honorati est ut sibi exhibeatur honor, est enim honor ut Eustracius inquit exhibitio reuerentię in testimonium excellentis boni. Secundo arguit Arist. quod appetitur alterius gratia nõ est supremus hominis status, sed honor non sui gratia sed alterius appetitur, ut sfirma habeatur de eo opinio, ergo honor non est fœlicitas. Vnde Tragicus poeta exclamat, o doxa doxa, o gloria gl̃ia qd̃ aliud es q̃ aurium inflatio magna. Hanc contẽpsit Democritus abderites cum lætatus erat ꝙ Athenis multos annos vixerit ignotus illi urbi, ueni inquit Athenas & nemo me nouit. Item Seneca qui vixit notus omnibus ignotus moritur sibi cum quo Oratius cõcordat nec vixit male, qui natus moriensque fefellit. Ex his patet quid de gl̃ia &c. argumentum vero horũ nihil est, id enim nõ exhibetur, ut præmiũ, sed ut signũ fœlicitatis, ut declarabitur.

*In quo narratur põ. d. fœlicitatem ac hoĩs statũ esse in potentia, vel in diuitiis, uel corporis bonis. Cap. 7.*

POst hos inuenimus quosdã præstantissimos uiros, qui statum hominis ponunt in potentatu, alii in diuitiis, alii autem uoluere statum optimũ esse in corporis bonis, qualia sunt uiuacitas, pulchritudo, robur, & sanitas dicentes hominis statum esse potentatum, mouentur, quoniam regnum (ut Liuius inquit) res est inter deos & homines pulcherrima, quo fit ut reges dii dicantur terreni, arguitur ergo id quo ponitur homo in gradu ꝑximo deo est fœlicitas, sed potentatus hominem ponit in hmõi gradu ergo potentatus fœlicitas est.

AMPLIVS arguit Anaxarcus, quod sufficit sibi et aliis est fœlicitas, sed potentia sibi & aliis sufficit, potentia enim regis est regi & subditis sufficiens, ergo potentia est

status hominis. Rursum arguitur uerbis Politicis quo ipse homo honoratur est fœlicitas, quemadmodum & Arist. etiam secum tradat in primo ethi. sed potentia homo honoratur maxime, ut docet series politica & ordo experientiæ. ergo vt prius. Postremo quod est finis labo rum vigiliarum ac omnium actuum fœlicitas est hominis ac status, sed potentia hmōi est vt liquidissime ostēdit experientia. Qui uero diuitias extremum bonum autumant his mouenť argumentis, primo qm̄ fœlicitas est status oīum bonorū aggregatione perfectus ut testaŧ Boeti. tertio de cōsolatione, sed diuitiæ sunt hmōi, vt ex quinto accipiŧ ethi. numisma enim inquit est inuentum, vt sit si deiussor habendi pro eo quodcūq; homo voluerit.

AMPLIVS id circa qđ tendit desideriū hoīs est fœlicitas, mō, vt dicit Arist. 1. Politicæ desiderium circa pecunias & diuitias est infinitum. Rursum Aristo. in de bona fortuna in vltimo videtur dicere beatitudinem esse bonā fortunam, modo fortuna est dña bonorum exteriorum ergo &c. Quod aūt status consistat in diuitiis vates oēs sensere, vnde & Oratius inquit, omnis enim res: virtus, fama, decus: diuina humanaq; pulchris. Diuitiis parēt, quas qui construxerit ille. Clarus erit fortis iustus sapiens etiā rex, & quicquid uolet. Hinc id veris verificatur, nihil eē tam sanctū qđ non violari, nihil tam munitum, quod nō expugnari pecunia possit. Solebat et Euripides dictitare pecunia ingens generis humani bonum estimatur ꝑpter quod Seneca dicit cui diuitiæ supersunt, huic nihil prorsus deesse creditur. Et sic verifico uerbū Apulei in apologia, tanti inquit re vera estis quantum habetis, quo sit ut responsum Biantis sapientis athenarum sit rectum, inter rogatus enim quidnam faciens homo delectatur lucrans respondit, cuius sententiæ Pithius Bichinticus esse fertur. Qui dicunt bonum hominis consistere in his quæ corporis sunt Carneadis sectatores & videturapud me his mo ueri argumentis, infirmitas est homini pessima, quoniam tollit esse, ergo sanitas homini optima, quia conseruat eē. Amplius quo remoto remouetur omne bonum uidetur esse supremum bonum, sed sanitas est qua remota remouetur omne hominis optimum, ergo &c.

RVRSVM omnium terrebilissimum est mors, ergo summum appetibilium est uiuere morti oppositum, per locum a contrariis sed sanitas est magis uite saluatiua quā quæcūq; uirtutis operatio, ideo magis appetibilis, & sic magis fœlicitas. Ex his constat quid de fœlicitate dixerūt ueteres, & quibus argumentis moti sunt, & quomodo sustentantur.

*In quo refelluntur huiusmodi positiones.* Cap. 8.

QVod quidem in potentiatu non consistat fœlicitas facile ostendit Aristo. quoniam in potentia regni est miseria admista, sed nulla beatitudo est hmōi. Amplius ui dion prusensis inquit, regnum est res ardua laboriosa plena curarum, ac negotiorū, quæ semper principes ipsos perturbant, sed in fœlicitate nulla cadit perturbatio ergo &c. Et hinc uerificatur id Senecæ, simul ista posuit conditor mundi deus odium atque regnū alia multa possunt induci de quo non curo. Quod non in diuitiis, excludit Arist. tum per hoc, quia eas acquirere contingit maxime per fraudes & uiolentias, tum per hoc quia nō propter se acquiruntur, sed quia utiles ad aliud tum etiam quoniam sæpe nocumentū inferūt habētibus, multi nāq; perierunt diuitiis, sicut. 1. ethico. traditur. Et ideo. 7. Politicæ dř, oē qđ utile est eorū excessum aut nocere necessarium, aut nihil esse proficuum habentibus.

AMPLIVS arguit Seneca, nihil bonū summe uideŧ quo quis bene & male uti potest, quod aūt quis uti possit diuitiis in malū et bonū cōstat pp quod de auaris Anaxagoras interrogatᵒ an eēnt fœlices dixit nemo ex his quos tu fœlices existimas. Hic Soc. dubitauit, an Archelaᵒ Macedoniæ rex sit fœlix, & negauit ꝑsarū regem esse fœlicē.

RVRSVM quod impedit philosophari est potius miseria, sed dixit zeno, audito rerum suarum naufragio, iubet fortuna me expeditius philosophari. Etiam Democritus, vt quieto animo literis incumberet bona eius patriæ renuit. Et Anaxagoras Clazomenius, cum donasset bona inquit, non essem ego saluus nisi iste possessiones perissent, idem & Tales milesius omnes possessiones reliqt, ut primo Politicæ tradit Aristo. propter quod probe ait facile est pħis ditari licet in hoc nō intendant. i. nō sit suus finis ultimus. Quod nō in bonis corpis arguo, quoniā fœlicitas ad nullum aliud ordinatur, sed bona corporis ordinantur ad alia, quoniam sicut corpus ad animam, ita bona corporis ad bona animæ.

AMPLIVS sanum pulchrum, uiuacē, & robustum contingit esse fatuū, sed fœlicē fatuū eē est īposse ergo &c. quibus patet qūo pōnes hæ remotæ sint. Ad rationes ꝑ illis non oportet respondere, qm̄ exposita natura & essentia fœlicitatis iam declarabitur qualiter procedunt ab insufficienti, hinc respondebitur ad illa.

*In quo narratur positio academicorum.* Cap. 9.

VIdetur Arist. 7. Politicorum, uelle q; cum tria sint bonorum genera. s. animi corporis & fortunę fœlicitas est status horum trium bonorum cōgregatione perfectus ut testis est Boeti. sunt autem animi bona virtutes, qualeș sunt ut dicit Eustracius prudentia tēperantia, fortitudo, & iustitia, & alię multæ, bona corporis his proportionalia sunt, uiuacitas sensuum quæ prudētiæ est proportionale, pulchritudo quæ temperantiæ ęst analoga, robur quod est assequens fortitudine. Sanitas deniq; quæ iustitiæ est ad simile. Sunt uero fortunæ bona diuitiæ, ut Aristote. tractat in politica, erit ergo fœlicitas status horum congregatione perfectus. huius sententię Plato uisus est in gorgia, ubi optimum bene ualere dicit, secundo loco formosum esse, tertio habere diuitias bono modo partas, & eiusdem uidetur proculdubio esse Theophrastus in Calisthene, ubi hanc sententiam cōmendauit, in horum fœliciū numero plures esse narrat historia, quales fuere Lucius metellus, licet infortunium habuerit tandem. Nepos huius & fœlix proculdubio ponitur. Item Augustus diuus proculdubio canitur. Præterea Metellus positus est beatissimus. Enumerauit solon. Cleobē, & Bithonem, in numero beatissimorum, et alii fere infiniti narrantur. Huius positionis ratio esse potest, quoniam contrariorum contraria sunt cōsequentia, sed uitia infortuniū & corporis turpitudines efficiunt uitam miseram, ergo uirtutes, fortunæ bona & corporis faciunt uitam beatam aliis etiā rationibus Arist. 1. ethi. uidetur idē confirmare.

*In quo refellitur hęc positio.* Cap. 10.

REfellit Seneca positionem hanc hoc mō arguens id magis fœlicitati expedit quo uirtus magis incitatur experitur ac magis roboratur, sed id sunt aduersitates & nō prosperitates, minorem declarat Seneca epistola (multum tibi) & in epistola (subinde,) & in libro de diuina prouidētia per totum, narrat hāc quæstionis difficultatem. Amplius ex principio Aris. fœlicitas sine virtutibus est cassa, sed uirtutes & maxime fortitudo sine aduersis non acquiruntur secundum Aris. ergo fœlix debet esse in aduersis.

RVRSVM alio argumento Senecæ arguo, per exteriorem euidētiam uirtuosorum operum fœlicitas magis decoratur q̄ per confluentiam diuitiarum et honorum, sed exterius fiunt euidentiora opera uirtutum in aduersitatibus, q̄ in prosperitatibus, quod Seneca declarat in libro suo de diuina prudentia, & uidetur esse uerbum Aristo. in primo ethi. d. q; in olimpiadibus non optimi coronantur & fortissimi, sed agonizantes, propter quod cōcludit Seneca, auctoritate Democriti ibidem, nihil mihi uidetur infœlicius eo cui nihil unq; euenit aduersi non licuit enim illi seipsum experiri. Item continue contingeret fœlicem sæpe mutari in miserū, cuius oppositum tentat Aris. declarare fœlicitatē esse firmam & stabilē. d. primo ethi. cap. 9. una. n. hirūdo uer nō facit, neq; una dies, ita utique neque beatum

beatum et fœlicem, una dies nec paucum tempus añs patet de infortunio Metelli & eius nepotis, Cleobis & Bithonis & Priami. Quibus uisis Solon corā Creso lidiorum rege dixit, nemo ante obitum appellandus est beatus. Argumentum eorum patet per se.

*In quo narratur positio peripateticorum de conditione fœlicitatis. Cap. 11.*

VIdetur mihi q positio horum peccat p̄, quia ponit fœlicitatem formal'r esse actum seu operationem diuersam ab essentia intell's, & ab essentia supræmi intelligibilis et summi appetibilis. Secundo maius peccatum ē, dum extimat actum fœlicem esse amorem intuitiuum p̄ & per se, & non compræhensionem, q aūt in p̄ delinquat ostenditur, intell's.n.mā est intelligibilium, sicut prima mā est subm sensibilium formarū, sed prima mā non quiescit ī actu real'r diuerso a forma, & ab essentia eius, sed in essentia formæ vt dicit Aristo. mā.n.īmediate attingit essentiam formæ sine oī medio, ergo intell's īmediate attingit essentiam primi appetibilis ac intelligibilis sine oī operatione media, fm rem diuersa ab essentia vtriusq. Amplius vel supræmum intelligibile est melius operatione ad ipsum, vel deterius, si deterius hoc est derisibile vt constat, erit ergo melius, sed melius est finis deterioris.7.Politice, ergo vltimus finis adhuc habet vlteriorem, quod est falsum.

RVRSVM oē tale per essentiam est id quo alia participatiuæ sint talia, vt patet ī oibus, sed Deus fœlix est & beatus pp seipsum, ipse ergo est id quo alia sunt fœlicia, ergo intell's est fœlix Deo & non operatione, q̄ ē circa Deum. Adhuc nullum accn̄s pōt esse fœlicitas vltima satians totalem capacitatem rōnalis aīæ, sed operatio siue supræmi siue infimi intelligibilis est accn̄s, qm̄ qualitas, ergo non decet eam esse fœlicitatem, vt patet, & multa tetigimus argumenta superioribus capitulis.

Qd' aūt peccet in secundo ēt, dato q fœlicitas sit operatio aīæ fm rem diuersa ab ultimo intelligibili et appetibili & ipsa aīa, & arguitur argumento suo, in eo actu consistit fœlicitas qui est perfectior, sed intellectio intuitiua est perfectior amore intuitiuo, ergo argumentum contra eos minor declaratur, quoniam illæ actus est perfectior ad quem essentialiter sequitur delectatio, sed ad intelligere sequitur delectatio, & non ad delectationem delectatio, ergo intellectio est perfectior.

Amplius intellectio tangit Deum immediatius illo amore, cum amor tangat mediante intellectione.

Rursum Deus est causa immediata intellectionis fœlicis, sed respectu amoris est causa mediata, quia mediante appræhensione, ergo intellectus est perfectior amore.

POSTREMO Arist.10.ethi. cap.10. mouit.q. & determinat in fine qōnis.d. quare vtiq; erit fœlicitas speculatio quædam. & inquit Seneca, q ī hoīe optimū quid rō est, quoniam sola ratio perfecta beatum facit, vide ipsum epistola, (inimicitias &c.)

*In quo ponuntur positiones aliæ.* Cap. 27.

HIs acceptis ac perfectæ expositis snīa oīum peripateticorum est vt Alexā. Themist. Simplicij, Auer. Auicennæ, Algazelis, Alpharabij, Auempace, & oium antiquorum, q. fœlicitas formaliter est intellectus agens ita q sicut intellectus agens est formaliter fœlicitas, ita fœlicitas formaliter intellectus agēs, sunt .n noīa diuersa idem signatum fm rem habentia. Verum horum quidam dicentes intellectum agentem eē intellectuum separatorum infimum, vt Auic. Algazel. Alphara Themist. Auempa. & multi alij dixerunt, fœlicitatem rōnalis aīæ esse infimam intelligentiam separatarum, cum.n.tota rōnalis aīa conuersa fuerit ad intellectum agentem, tunc compræhensio illius aīæ erit p essentiam intellectus agentis, ita q itellectus agens erit simul compræhensio sibi & rōnali aīæ, sicut color simul est forma parieti & compræhensio oculorum, in abstractis.n.non differt compræhensio & res appræhensa, & iō intell'ia infima erit tunc aīæ compræhēsio & sibi & hanc pōnem Ioā. Iand. in qōnibus tertij de aīa ascripsit Auer. cum.n. intellectus agens non sit Deus, nec aliqua intelligentiarum mouentium stellas, proculdubio erit infima, ergo fœlicitas consistit in appræhensione vltimi intellectus, cuius snīe Alber. in.3. de aīa, tractatu 3. cap. 11. & in.11. suæ sapientiæ tractatu.1. cap 9. visus est eē aperte, vt declarabitur post, & tunc extimauit Auic q fœlicitas rōnalis aīæ sit proxima intelligentia.s. intellectus agens, fœlicitas intellectus agentis est intelligentia lunæ, & fœlicitas intellectus lunæ est intelligentia Mercurij, ita q semper intellectus postremus fœlicitatur in sibi proximo, solus ergo Deus est fœlix seipso, ita q Deus simul est fœlicitas sibi & compræhensio simul intelligens & intellectus, fœlicitas & fœlix, nullo superiori intellectu vel bono beatus, vt dicunt, & recte quātum ad hoc. Dicentes aūt intellectum agentem esse Deum dixerunt fœlicitatem formaliter esse Deum ac Deū ipm esse fœlicitatē, hoc pacto syllogizantes, intellectus agēs est Deus, fœlicitas est intellectus agens, ergo fœlicitas est Deus, & econtra. Ex his sequitur q vna numero fœlicitate Deus & oēs intellectus separati sunt fœlices, qm̄ Deo oēs intellectus fœlicitantur, Deus est vna numero fœlicitas, ergo oēs intellectus fœlicitantur vna numero fœlicitate, Deus ergo Deo per essentiā beatificatur, pxima intell'ia essentia Dei, vt forma fœlicitatur, iterum itellectus Iouis Deo fœlicitatur. Iterum intellectus Martis Deo fœlicitatur, quemadmodum Deus Deo fœlicitatur. Iterum intellectus Veneris Deo eodem modo fœlicitatur. Et consequenter omnes residui intellectus, adeo q intellectus hoīs essentia Dei fœlicitatur, quemadmodū Deus essentia Dei, ergo vna numero fœlicitate Deus ē fœlix, qua oēs alij, est.n.ipse fœlicitas sibi et alijs. Ex his amplius liquet accipere q. quælibet intell'ia fœlicitatur p copulationem intellectus agentis cum intellectu potentiæ, excepta prima, quæ fœlix est & beata per seipsam ipsa.7.Politicæ cap.1.&.10. ethico. cap.10.oēs autē reliquæ fœlicitantur per copulationem Dei, qui est agens intellectus cum earum essentiis quæ comparatione Dei sunt intellectus potentiæ receptiui ac perfectibiles p illū fm esse intentionale. Differt aūt copulatio itellectus potentiæ lunæ & aliorum cum intellectu agente s diuino a copulatione intellectus agentis cum intellectu potentiæ nr̄o, qm̄ illa est simpliciter æterna, fm se absolutæ & simpliciter & in respectu, copulatio intellectus agentis cum rōnali aīa ē æterna vno modo & fm alium modū noua, vt declarabitur. Ex his rursum seqtur forte verificatio verborum Arist. in toto lib. ethico & alibi vbi de fœlicitate voluit ipsam esse actum optimum, actum nobilissimum, actum perfectissimum, dignissimum, excellentissimum, honorabilissimum, amantissimum, finalissimum, liberrimum, delectabilissimum, hæc.n oīa de Deo fm hos verificāda esse credit, est.n. Deus actus optimus, quia Deus bonus est seipso, nobilissimus, perfectissimus, & reliqua, vt intelligenti facile est inducere. Hæc sunt quæ ex libello Subgerii viri grauissimi excipiunt, vel quædam horum, & nos labore nostro hoc modo declarauimus.

*In quo ponitur ueritas Auer.* Cap. 28.

VT igitur positio huius pbi intelligatur, oportet accipere q sicut vnum præcisæ est intellectum & volitum sub diuersis rōnibus: intellectū qdē, vt perficiens intellectum ipsum absolute, volitum: vt pficiens illum: sub indifferentia fugæ vel consensus: ita vna numero est intellectio & volitio: sed differunt. qm̄ intellectio est ītellectum absolute: volitio est itellectūvt acce-

pratum vel fugitum, sic vnamet res est volūtas & ītells, intus quidem vt perficitur ac formatur ab ītelligibili sub rōne formæ absolutæ, voluntas aūt vt perficitur cū rōne fugæ, vel prosequæl, vt superiori lib diximus. Ergo ītells & voluntas sunt vnamet res simpliciter absolutæ, licet sint diuersæ rōnes & inde videmus Arist. & Auerr. nullam facere drīam inter ea nec tractatus diuersos, nec capitula diuersa, vt in lib. de aīa visum est.

EX his sequitur q̄ vnamet fœlicitas est ītellectio & volitio, ac vnamet essentia est intellectum & volitū. e. n. in abstractis ītellectio rei idē q̄ ipsa res, ac volitio rei idē ēt cum re volita, ergo si Deus erit fœlicitas Deus erit ītellectio & volitio insimul & ēt simul est volitio q̄ fœlicitas & intellectio q̄ volitio & fœlicitas &c.

AMPLIVS sequitur q̄ ociosa est q̄ō q̄rens vtrū fœlicitas principalius sit intellectio q̄ volitio an eō, cum volitio & intellectio non drnt nisi noīe vel rōne, nisi q̄ō fiet sub rōne respectiua hoc mō. s. vtrū fœlicitas sit Deus sub rōne qua intellectio, an Deus sub rōne q̄ volitio vel amor, & tūc quemadmodum hō sub rōne qua aīal nec dr rōnalis nec irrōnalis positiue, sic Deus sub rōne q̄ intellectio, nec dr bonus nec malus positiuæ, & sicut principalis rō hoīs consistit in aīali tanq̄ in potissimo tali, quo habito stat hrī hoīem, & quo remoto remouetur hō, et in rōnali cōsistit tāq̄ in cōtractiuo illius, sic fœlicitas p̄ & principalius est intellectio, tū volitio est contrahens illā, ergo fœlicitas nō est Deus tm̄ sub rōne qua est ītellectio, nec Deus sub rōne qua volitus voluntate ītuitiua. Sicut nec hō est aīal tm̄ nec rōnale tm̄, sed vtrunq̄, sic fœlicitas est vtrūq̄ s. Deus sub rōne intellecti & amati, intellecti principalius & potissimæ, amati sub rōne cōhentis illam. Et .h. d. Arist. 12. meta. verbo illo (mouet aūt sicut appetibile & intelligibile, hæc n. sola mouent, non mota) vult dicere q̄ est finis & fœlicitas sub rōne intellecti & voliti, & non alterius tm̄. Et debes scire q̄ licet intellectio, vt intellectio, stet absq̄ amore rei intellectæ, sicut aīal ingtū aīal absq̄ rōnabili, tū intellectio talis rei intellectæ. v. g. Dei, vel optimi entis, non stat absq̄ amore illius rei, quēadmodum aīal, qd' est hō, nō stat absq̄ rōnali, nō ergo pōt esse ītellectio Dei sine amore Dei, sicut aīal qd' ē hō non pōt esse sine rōnali, tū ītellectio, vt intellectio, pt eē sine amore rei intellectæ, declararūt. n sapiētes ꝓpōnē aliq̄ esseueram per se, & falsam per accn̄s, vt dicit Auer. fœlicitas ergo est intellectio Dei vt intelligibilis & optimi vt visum est, & cum intellectio & res intellecta ī abstractis idem sit res aūt intellecta, cum sit Deus, vt eē habet intentionale Deus aūt est optimum, & in se amor et volitio p̄ essentiam intuitiuā, ꝓculdubio fœlicitas, vt ītellectio Dei, oīno est volitio, Deus ergo est fœlicitas, vt intellectio & volitio, & sic hr̄ totum hoc. Accipio & rursum, q̄ Deus comparatur ad quemlibet intellm̄ īferiorē ꝯm esse intentionale, & sic est finis & forma oīum inferiorum intellectuum, & ꝯm esse in se. s. reale & extra aīam & sic est agens oīum illorum, vt declaraui in cōm. libri d. d. & in commento libri de anima.

EX his sequi debet q̄ intellectus inferioris subāæ pt intelligere Deū duobus modis, vno mō p̄ essentiā Dei, vt qñ intelligit ipm̄ inq̄tum formā, et sic oēs intellectus inferiores sunt mā respectu primi entis, sicut n. mā p̄ essentiā formæ recipit formā ꝯm esse reale, ita quilibet ītellectus inferior p̄ essentiam primi recipit primū intentionalr, et sic p̄ hoc mō intellectus inferior intelligit semper supiorem, p̄ illius supioris essentiam. Scd̄o mō intellectus inferior intelligit supiorem p̄ essentiā īferioris. v. g. intellectus lunæ intelligit Deū per essentiam ītellectus lunæ, & hoc mō intelligit ipm̄ Deum ꝓut Deus cōparaī intellectui lunæ, vt agens, & sic intellectus īferior, respectu Dei est q̄si forma & finis scd̄aria intentione, & hoc decepit subgerium & eius seq̄ces, Deus. n vno mō ē finis & forma oīum intellectuum inferiorum. s. ꝯm eē ītētionale alio mō est agens & q̄si motus scd̄aria ītētiōe, & sic intellectus inferior ītelligit Deum p̄ essentiā sui, vt intellectus lunæ p̄ essentiā intellectus lunæ ītelligit Deū, & hoc totū scripsimus in cōm. nr̄o lib de aīa. Accipio postremo q̄ duplex est ītus agens, rōnalis aīæ vnus. s. tanq̄ sol, vt Deus bn̄dictus, qui est ītellectus agens, .i. virtute cuius oēs intellectus intelligunt. Alius tanq̄ lumē, vt ille qui est gradus pfectionis aīæ rōnalis, q̄ eleuaī sup mām & appropinquat Deo, vt in lib. habito dictum ē, primus intellectus est vniuersalis & cōis oibus, que oēs ītelligunt, vt forma est pfecta pficiens eos oēs. Scd̄o ē ꝓprius & est essentia inferioris intellectus, p̄ quē ītelligit primū vt agens est, ergo intells agēs ē Deus & lumē rōnalis aīe; Deꝰ. n. vt illuminās, ille aūt, vt q̄ fit illuminatio.

EX q̄bus seq̄tur q̄ intellectus humanus & p̄nr hō duobus modis pōt intelligere Deum vno mō p̄ essentiā Dei, vt qñ Deus comparaī hoī vel ītellectui eius vt forma. Alio mō p̄ essentiam ꝓprij ītellectus, vt qñ ītelligit ipm̄ vt agens, ita n. intellectus humanus intelligit Deū, sicut intellectus lunæ, sicut. n intus lunæ p̄ essentiā intus lunæ intelligit Deum, vt agens est, q̄ essentia est gradus, q̄ eleuatur intus lunæ ab oī ente infra eum & appropinquat supmo. Sic ītells humanus intelligit Deum per essentiam humani ītells. i. per essentiam agentis, qui ē gradus quo eleuatur a materia vt accedit ad Deum.

AMPLIVS sicut intellectus lunæ p̄ essentiā Dei intelligit Deum vt forma, sic intellectus humanus ītelligit Deum per essentiā Dei, vt forma est. Quia igitur hō duobus modis dependet a Deo s. vt formatū a forma, & vt factum ab agente, si reditus eius ad suū principiū debet esse perfectus, decet hoīem ītelligere Deum duobus modis. s. vt forma seu finis & vt agens, & q̄dem vt formā intelliget Deū p̄ essentiam Dei, vt vero agens ītelliget eum per essentiā agentis, & eo fit vt vno ictu hō fœlix copuletur Deo vt formæ & lumini suæ aīæ, tāquā rōni, p̄ quā intelliget primum, et hæc vocatur pfecta copulatio. His acceptis ac verificatis ꝓculdubio apparet q̄ Deus tm̄ non est fœlicitas cuilibet intellectui, sed tm̄ sibi, neq̄ intellectus agens, q̄ est aliq̄d aīæ nr̄æ, est fœlicitas, prima. n. est nimis cōis vt cōstat, nec redit ad eum fœlix reditione completa, q̄rimus n. fœlicitatem ꝓpriā. 1 ethico. cap. 9. ergo fœlicitas ꝓpria est cōphensio Dei & ītellectus agentis, & cum cōphensio & cōphensum sint idem, ꝓculdubio fœlicitas ē adequate ītells agēs. i. lumen aīæ nr̄æ, & Deus, & sic erūt tot fœlices quot fœlicitates & econtra. Alia. s. lunæ, alia Mercurij, alia Veneris &c. ꝓut alia est essentia lunæ, alia Mercurij alia Veneris &c. Sed ambiges cum intellectus lunæ intelligit Deum, vt formā, nonne ītelligit totum esse? ergo ibi fœlicitatur. Rn̄r q̄ bn̄ intelligit totū esse, nō tn̄ ꝯm oēm modū essendi, & iō si fœlicitas debet esse cōpleta, debet eē in cōpleto ente ꝯm oēm modū possibilē. Quid q̄dem igitur sit vera fœlicitas ꝯm Auerroim et Aris his paret.

*In quo soluuntur oīa argumenta contra hoc a principio & in pcessu inducta. Cap. 29.*

SVperest mō persoluere argumenta aliorum, illis. n. solutis perfectæ magis videbiī pō hæc consona verbis sapientum. Ad argumenta posita cap 2. ad primum dd̄m, q̄ bn̄ concludit Deum esse fœlicitatem simpliciter, qm̄ maiori debet addi hoc vt sit hoī ita q̄ maior sit hoc mō, oīs vltimus finis hoī, vltimus hoī, optimus hoī &c. semper addendo ly hoī. ꝓculdubio est fœlicitas hoī, mō Deus non est hmōi, sed Deus & lumen aīæ rōnalis, vt visum est. Eodem pacto oportet vt maiores oīum aliorū dearticulenī, & sic concludunt nō Deū tm̄ esse fœlicitatem, sed eo addito. Quo fit ut nō pateat fœlicitatem esse optimum simpliciter neq̄ ultimum simpliciter, finem simpliciter, sed hoī optimum finē & ultimum hoī ut diximus. Argumenta uero facta cap. 3. minime urgent, qm̄ Aristo. vult q̄ fœlicitas totius hoīs, quantum ad portiones tres s. vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam, non consistat in bono separato, attn̄ Plato & Arist. ut Eustratius testatur: cōgruunt q̄ capie/

do fœlicitatem pro bono simplici supremę hoīs portionis, proculdubio id sit Deus mō præexposito. Nec rō cogit, hō.n.dr̄ fœlix Deo non formalr̄ per essentiā, sed solus ipse Deus Deo essentialr̄ fœlicitatem, sed bn̄ denominatiuæ, qm̄ Deus est forma fœlicis intentionalis perficiens eius intelłm vnione maiori q̄ sit vnio albedinis ad parietem, albedo aūt separata nō denominat parietem, cum non sit forma eius nec realis nec intentionalis, et sic exemplum non est ad propositum.

AD scdm maior debet intelligi de eo cui inest aptitudo & potentia passiua & actiua, parieti.n.inest per se potentia passiua ad albedinem, & tn̄ nō est per se albus, qm̄ potentia actiua est ei ab extrinseco, & hinc fit ꝙ hō sit per se fœlicitabilis, fœlix aūt non sit ab intrinseco, sed ab extrinseco. Ad tertiam dicendum, ꝙ Deus possideri & acquiri pōt nr̄o opæ, vt dicunt sapientes non acqsitione & possessione seruili, sed eo mō quo habitis his q̄ sunt ad finem pōt acquiri finis et possideri, & hoc mō intelligendo minor falsa est. Ad quartum iam diximus ꝙ Deus non est fœlicitas propria hoī cum sit cōis sibi et alijs, sed Deus vt forma & lumen vt essentia aīæ nr̄æ est fœlicitas ꝑpria vt sat ex dictis pspicuū hēs. Ad qntū maior est falsa, Deus.n.est fœlicitas & ipsemet tribuit se fœlicibus, nullū.n.donū excellentius esse pōt vt Aristo. dicit in lib. magnorum moraliū ꝗ donatio suimet ꝙ ꝗ maxime erit si donatum est oīum entium pstantissimū.

AD vltimum ddm, ꝙ maior est vera de fœlicitate ſm quid, sed de fœlicitate simplr̄ debet conuerti ad tōtum id qđ est oībus modis cā eius, ſm oēs modos itelligendi quibus est cā. Argumenta ēt tacta cap. 14 nulla sunt, concedens n. maiorem dicet ꝙ fœlix copulatur ꝑ & per se operatione, sed operatio est ipse Deus, est.n. Deꝰ intellectio sibi & alijs, et iō sicut paries copulatur albedini per albedinem, sic fœlix Deo continuatur Deo & esse Dei, qm̄ intellectione copulatur, q̄ intellectio est essentia Dei, & in hoc deceptus est ille bonus vir, non n. ad hoc ꝙ intelłs hoīs intelligat Deum requiritur actus causatus ab obto beatifico, mediante quo itelligat Deū, qm̄ intellectio & intelłm idem sunt, nec intelłs nr̄ intelliget alr̄ Deum ꝗ ipse intelligat se, mō ipse intelligit se per essentiam sui, & sic intelłs nr̄ itelliget Deum essentia Dei & intellectione, q̄ est Deus formalr̄, & sic aīa fœlix copulatur Deo per ipsum Deum, tanq̄ per fundamētum copulationis simplr̄. Ad scdm Auer. 12.meta cōmē. 17.inquit, id qđ agit fuit subā, & est alij & nō sibi, vult dicere ꝙ stat esse actum subalem in se, accidentaliter aūt esse alteri Deus n.est formalr̄ notitia ac intellectio alterius, tn̄ nec est pars eius neq; ipsa, non tn̄ est accñs vel qualitas simplr̄, sed bn̄ qualitas.i. habens modum q̄litatis vel accidentis his patet qualr̄ Deus est qualitas itelłus vita illi ac operatio illius, est.n.qualitas qm modum habet qualitatis, est vita qm̄ intelłs eo perficitur sicut materia formatur forma & viuit illa. est demū operatio, qm est intellectio sibi per essentiam & alteri participatiuæ, vel denoīatiuæ. Ad tertium concedam Deum eē operationem sibi per essentiam, & alteri denoīatiuæ, & inde est ꝙ fœlix operatur in statu operatione Dei, qm̄ intellectione, quæ vita est Dei. Ad quartum, constat nihil esse actum intelłs sempiternum nisi Deum, est.n Deus actus intelligendi sempiternus sibi & alijs, continuus tn̄ sibi. Oīa alia argumenta per idem debilitantur, Deus .n est operatio fœlicis, fœlicis.s. gr̄a, ac operatio & operatum, qm̄ intellectio & intelłm. Et id cuius priuatione hō dr̄ ociosus & vanus, & id ſm qđ cōtingit hoīem optimum esse, ac id in quo maxime delectatur intelłs, & maxime quiescit & sic potius cōcludunt Deum esse fœlicitatem, vt diximus. Ad argumēta capitis 15. ddm ad primum, ꝙ intelłus magis copulatur Deo per intelligere, ꝗ per amare, qm̄ copulatio per amare est ꝑ copulationem per intelligere iō amamus Deum, quia ipm intelligimus et non intelligimus quia amamus. Ad secūdum ddm, ꝙ actus voluntatis pōt esse in bonum, vt volitio, vel in malum vt nolitio intelłs ergo non determinatur in bonum nec in malum, inq̄tum intelł, sed ī non bonum, dico tn̄ ꝙ intellectio vt obti talis semꝑ determinatur ꝑ volitionem, tanq̄ ꝑ drīam essentialem, vt visum fuit. Ad tertium velle est delectabile voluntati, quia ab intelłu acceptatum & inde fit voluntati delectabile.

Ad quartum, illa comparatio debet intelligi in eodē mō oppositis, mō odire et amare sunt oppositꝰ ɔ̄riæ, scire & ignorare priuatiuæ opponuntur, ꝑꝑ qđ dico ꝙ si iudicare Deum esse optimum & semper amandum, sit melius ꝗ amare Deum tunc ēt iudicare pessimum esse, & semꝑ odiendum esse, est peius q̄ odire Deum. reliq̄ ēt argumenta eodem mō solui pn̄t. His patet quid sit fœlicitas, & q̄uo & q̄liter hoī comparetur, & q̄ pacto argumenta nō vrgent, & sic qō prima soluta enucleataq; sit.

*In quo narratur pō prima in solutione secūdæ quęstionis. Cap. 30.*

DEclaratum est hactenus, quid sit beatitudo, seu fœlicitas cōis et vl'is oībus beatificabilibus et ꝑpria. Amplius ꝙ hō sit capax beatitudinis & fœlicitatis p̄dictæ, ꝑꝑ argumenta, q̄ probant Deum posse per essentiam apphendi ab eo, & ꝙ q̄dlibet supra hoīem ea beatificatiōe beatificari pōt. Qđ oportet accipere ī solutione scdæ qōnis est, ꝙ hō sit minimum capacium fœlicitatis, qm̄ hō pōt beatificari vt iam declaratum est, et cōcedunt Theologi & q̄dlibet maius & excellentius hoīe pōt beatificari, & nullum minus & inferius hoīe, ergo hō est minimum ſm expōnem de minimo, qđ aūt nullum minus hoīe possit beatificari Theologi probant & pbī nr̄i loquendo de beatitudine ſm quid, q̄ posterius explicabitur. Infimum ergo ī fœlicitabilibus ē aīa hoīs, & ɔ̄nr hō per aīam, summum aūt & maximum ꝑ essentiā est Deus, qui est fœlicitas & fœlix, q̄rit ergo qō vtrū infimum beatificabilium ad hoc vt beatificet̄.i. copulet̄ Deo, q̄ fœlicitetur, egeat medio q̄ contineat̄. Possumus aūt loqui de medio duobus modis.s. intrinseco.s qđ sit pars aīæ, vel quicq; illius. Vel extrinseco, & inde ꝑfluxere pōnes varię ī hoc q̄sito. Quidam.n. opinati sunt beatitudinem principalius & immediatius perficere potentias rōnalis aīæ, ꝗ essentiam ita ꝙ ꝑ & principalr̄ & īmediate illa vna beatitudo perficit potētias, deinde mediantibus illis perficit essentiam aīæ & sic inter fœlicitatem & essentiam fœlicem mediat aliqđ medium intrinsecum.s. potentia intellectiua vel positiua, quæ primo perficitur primitate immediationis & principalitatis.

QVOD quidem fœlicitas principalius potentiam perficiat, ꝗ essentiam, arguunt quidam, qm̄.i. principalius respectu fœlicitatis, qđ quocunq; alio circūscripto per poīe vel impoīe eodem mō se habet ad eā, nihil aūt aliud ipso circūscripto sic se haberet ad fœlicitatem, hęc propō constat ex descriptione primitatis, sed essentia circūscripta potentia non reciperet fœlicitatem, & potētia circūscripta essentia per poīe vel impoīe adhuc reciperet fœlicitatem, ergo potentia principalius recipit eam, ꝗ essentia rōnalis aīæ. Quid aūt īmediatius potentia pficiatur probant per duas propōnes, prima, beatitudo ē actus nouus cātus ipsi aīæ. Secūda, oīs actus nouus causatus aīæ est īmediatius perficiens potentiam, qm̄ actus primus perficit essentiam, sed actus secundus potentiā, ergo in prima figura, beatitudo īmediatius pficit potentias, ꝗ essentiā. Qđ aūt beatitudo sit actus nouus &c. arguitur ꝑ, oīs relatio noua eget nouo fundamento, vel ex parte extremorum amborum, vel extrinseci, cū igit̄ beatitudo sit relatio, vel non sine relatione, eget nouo fundamento, vel ex pte Dei et hoc non, vel aīæ, vel extrinseci non extrinseci, ergo ex parte aīæ, & hoc nō est nisi nouus actus intelligendi vt visum est.

AMPLIVS secundo, si essentia aīæ immediatæ perficit̄ ab essentia primi entis: tunc fœlix esset, sicut dormiens & non operans, ɔ̄ Arist. 12.meta. Rursum aīa

fœlicitatur sicut Deus vt dicit Auer. sed Deus opõne voluntatis & intell'is beatus est, ergo & aĩa. his patet ꝓpositum, quõ. s. iter fœlicitatem & essentiam fœlicem mediat actus beatificus tanꝗ fundamentum copulationis, ĩter actum vero & essentiam mediat potẽtia, ergo ordo hic est apud hos, ꝙ actus primo attingit Deum potentia mediante actu, & essentiam mediante actu & potentia, & sic intercipi medium intrinsecum necessarium est.

*In quo refellitur hęc positio, & ponitur alia, quantum ad id.* Cap. 31.

VIdetur autẽ positio hæc erronea pluribus rõnibus, p̃ oĩs perfectio pura act⁹ essentialis & subãa immediatius tangit essentiam receptiui, ꝗ potẽtias, sed fœlicitas ẽ pfectio pura actus essentialis & subãa, qm̃ Deus, ergo immediate tangit & perficit essentiam aĩæ, & non potentiam. Amplius cuicunq; perfectiõi simpl'r rñdet perfectibile simpl'r, sed fœlicitas. s. Deus est perfectio simpl'r, ergo ei rñdet perfectibile simpl'r, cuius modi est essentia aĩæ, est. n. essentia perfectibile simpliciter potentia ₰m quid, vt constat. Rursum qđ immediatius copulatur perfectioni plus delectatur in ea, sed in fœlicitate est oĩs voluptas possibilis, ergo essentia aĩæ immediate suscipit fœlicitatem, & non per potentias medias. Adhuc oẽ beatum per potentias diuersas ab essentia, est per accñs tale, & non per essentiam, ergo aĩa fœlicitaretur non per essentiam aĩæ, sed per accñs sicut lignum calefacit per calorem sibi impressum ab igne. responsiones quæ hic inducuntur sunt nugę merę, pp qđ dicendum ꝗtum ad hanc partem, ex parte aĩæ nullum esse medium, sed extimare oportet ꝙ sicut mã prima ꝑ essentiam eius recipit realiter essentiam formæ, & non ꝑ potentiam diuersam ab essentia, qm̃ actus & potentia sunt vnius generis, ita & essentia aĩæ per essentiam recipit Deum intentionaliter & spiritualiter, ergo sicut potentia mã æ respectu formæ subãlis est essentia, ita potentia aĩæ respectu beatitudinis est essentia aĩæ, qui ergo dicunt fœlicitatem esse actum ₰m realẽ, realiter diuersum ab essentia aĩæ, & ipsius Dei, habent dicere Deum non comparari ad essentiam vt forma, nec essentiam Deo, vt mã, sed Deus vt agẽs actum illum comparabitur, essentia aũt vt passum, & tunc cum actus sic accñs nouum, dicere hñti potentiam esse accñs (si propõ. d potentia ẽ eiusdem generis cum actu est simpliciter vera.) Dicẽtes vero fœlicitatem esse Deum. vt illabentem, & perficientem essentiam aĩæ, vt forma, proculdubio erit Deus veræ forma intentionalis & spũalis respectu aĩæ, & essentia erit vera mã spũalis, ergo immediate seipsa perficietur ab ipso Deo, vt illabẽte, sicut prima mã ab essentia formæ, & sic reĳcietur essentiale medium. s. potentia, imo essentia seipsa perficitur Deo, vt sæpe sępius diximus, diuersitas ergo põnum est ex dñia principiorum.

ARGVMENTA aũt primæ põnis nihil sunt, qm̃ maior est vera per se, sed potentia est essentia nõ diuersæ, potentia. n. & essentia idem sunt oĩbus modis, & iõ minor est falsa pro secunda parte, potentia n. sine essentia non perfici põt, nec econtra, quoniam idem sunt oĩbus modis. Ad secundam minor. s. prima propõ falsa est. Ad primam rõnem pro ea patet sol. per se, ẽ. n. relatio noua, & iõ exigit nouum fundamentum. s. intellectum speculatiuum ₰m Auerroim, vt dicam, vel depurationem sensitiuæ portionis ₰m Arist. vt dicam. sed hæc non sunt actus vt declarabitur, mõ quo isti fingunt.

Ad scđm nego consequentiam, quoniam fœlix operatur per essentiam Dei tunc & non operatione diuersa ab essentia, & iõ non est aliquo mõ vt dormiens, & hoc dicam Latius. Ad postremam patet fere sol fœlicitatur. n. aĩa sicut Deus, sed Deus operatione per essentiã Dei, sic aĩa fœlicitatur per operationem, quę est essentia Dei, & non per operationem causatam ab essentia in anima, vt isti fingunt, & sic patet ex his ex parte intrinseca aĩæ nullum esse medium.

*In quo inducitur alia positio.* Cap. 32.

ET quia fœlix aliter se habet in hora beatitudinis, ꝗ se habebat prius, vt constat, & oĩs mutatio eget nouo fundamento, oportet inuestigare de nouo hoc medio, et cũ nõ possit eẽ itrinsecũ, relinqtur ipm̃ eẽ extrinsecum. Quidam n dixerunt medium id esse intelligentiam proximam, quoniam in quibus est ordo essentialis, id qđ est immediatius vltimo, immediatius attingit ipsum & alia mediante illo, sed intelligentia ĩmediatius se habet ad finem, ꝗ hõ vel aĩa eius, ergo hõ vel eius aĩa mediante intelligentia attingit finem, hoc ergo medium est intelligentia vel oẽs intellectus medĳ, et hũc ordinem dedit Auer in epistola de fœlicitate. Sed istud petit qđ in principio, totum. n. genus abstractorum credimus esse fœlicitatem, licet in illo genere sit hoc prius illud posterius vt dicam, qõ nr̃a erat an per medium aliquod forinsecum essentia animæ hominis continuetur illi generi toti, vel alicui illius.

AMPLIVS intelligentia est æterna per se et simpliciter, ergo non põt esse medium ĩnouationis, forma. n. æterna per medium æternum non vnitur mãæ, nisi copulatione æterna, nos aũt quærimus medium ĩnouationis. Rursum intelligentia media vel semper copulata est aĩæ, vel qñq;, & qñq;, si semper ẽt semper copulabitur extremo. s. Deo, si qñq; et qñq;, quęritur vt prius cur aĩa nunc copulatur huic medio, et non prius, & hoc nondum apparet hac solutione. Argumentum autẽ horum nihil est, qm̃ fœlicitas est totum genus abstractorum, vsq; ad intellectum agentem inclusiue, in quo genere est vnum primum, ad quod peruenit aĩa ordine quodam, non de medio in medium, sed de vno in aliud tanquam ordinatis ad idem, vt dicam.

*In quo narratur positio alia & cõis.* Cap. 33.

ALĳ aũt viri sublimes opinati sunt Deum cõparari aĩæ nr̃æ duobus modis ĩ statu fœlicitatis. s. vt agens, & vt pficiens forma p̃ mõ est vt sol, quemadmodum. n. sol comparatur medio, vt agens lumen, quo confortatur medium, ad hoc vt recipiat colores, sic Deus comparatur aĩæ. vt sol causans lumẽ qđdã spũale, ꝗ confortetur aĩa & eleuetur in gradu tanto, vt possit copulari Deo. Scđo mõ aũt vt actus, quẽadmodum n actus pficit essentiam imediate & p̃, sic Deus vt actus et forma pficit essentiam aĩæ p̃ vt dixi erit ergo lumen non medium receptiuum fœlicitatis, sed dispositiuum ad eam, sicut lumẽ solis est medium dispositiuum ad receptionem colorum non receptiuum, & quoniam hoc lumen non inest cuilibet, iõ non quilibet est beatus, quia ẽt non semp, iõ fœlicitatur aĩa, qñq; & qñq;. Mouẽtur aũt hi pluribus rõnibus, tum p̃, quoniam modus essendi Dei excedit modum essendi aĩæ hoĩs, ergo cognitio Dei est supranãlis & egens medio concesso a Deo. Tum quia Deus non est in aĩa per modum qui cõpetit illi aĩæ, vt perspicuum est oĩbus. Tum quia Deus est infinitus, & aĩa finita, quare et requiritur confortans aĩam, & reddens eam proportionatam Deo.

*In quo refellitur hęc positio.* Cap. 34.

ET si põ illa sit subtilis & multum veritati cõsona, solent Theologi eam refellere multis argumẽtis, & ego arguo p̃, oẽ ordinatum ad recipiendum plures pfectiones maxime est receptiuum maxime pfectionis, sed essentia aĩæ est ordinata ad receptionem luminis & Dei, & Deus est maxime perfectio, & aĩa summæ perfectibilis a Deo ergo aĩa p̃t pfici summæ a Deo, & per consequẽs superfluit medium. Amplius essentia aĩæ est receptiua luminis & Dei, ergo per lumẽ nõ plus recipit, ꝗ sine lumine. Adhuc sicut in nã corruptibili datur mã imediate receptiua formarum & supræmæ formæ, sic in natura intellectuali debet dari vna materia omnium intelligibilium, quæ sit receptiua ꝑ essentiam

propriam omnium eorũ, & hæc est intellectus potētię.

RVRSVM illud lumen cum sit accñs, est limitatum, & oē medium limitatum non eleuat subm nisi ꝑ limitato, ergo superfluit, vel non sufficit. Item id lumē vel est abstractius Deo, vel minus abstractum, vel æqliter abstractum. Si abstractius ergo abstractissimo daretur abstractius. Si minus abstractũ, ergo mãlius, & sic non pōt esse confortans, iō debilitās potentiam receptiuam aiæ. ꝙ aũt non sit æque abstractum patet, qm̃ tũc æque esset ineptum suscipi in anima sicut & ipse Deus.

PRÆTEREA oīs forma ẜm suam nãm perfectiuam habet aliqđ subm ẜm suam nãm perfectibile, ẜm regulam peripateticorum, & maxime declaratur ꝑ cœli cōm. 124. sed Deus est forma maxime & nãliter ꝑfectiua, ergo erit mã receptiua nãliter illius, ergo superfluit lumen. Adhuc quicquid nãliter pōt recipere oia media, pōt nãliter suscipere finem, finis n. mediorũ gratia suscipitur & ideo eadem nãlitate finis & media recipiuntur. Sed id lumen nãliter recipitur in essentia aiæ, ergo & finis receptibilis illo lumine.

POSTREMO oē nãliter tendens in aliq̃ perfectionem, pōt illam suscipere ẜm nãm eius, oi supernãli ascripto qm̃ vt Arist. inquit, si nã dedisset stellis motũ progressiuum dedisset organa motus, vt pedes, vel similia, sed rõnalis aia nãliter ordinatur in Deum tanq̃ in finem vltimum, ergo &c. His habitis patet qualiter argumenta eorum nihil sunt, & theologorum quidam refellunt ea, quos uide si placet.

## *In quo persoluitur qõ, secundum fundamenta Auer. Cap. 35.*

CONsueuit Auer. & oēs peripatetici in huius qõnis solutione hoc modo procedere dicendo ꝙ aliud est intellectus, vt ītellectus, aliud ītellectus vt aia, si. n. consideretur intellectus, vt intellectus, vt sic est infima intelligentiarum, & in confinio saparatorum ac maximum subtum oium eorum, & hoc mõ medio non eget, nec intrinseco, cum per essentiam eius sit mã intellectualis, & per essentiam eius sit subm, iō non eget potentia diuersa ab essentia per q̃ suscipiat Deum vel alios superiores intellectus, sed immediate perficitur ab eis. Nec eget medio extrinseco s. lumine vel ītellectu in habitu, qm̃ vt sic est in se consistens, & non ad tps cōuersus, & iō est summæ receptiuus, & maximæ oium superiorum intellectuum, & iō superfluit lumen, vt sic, & habitus vel intellectus speculatiuus, & vniuersaliter oē medium extrinsecum resecatur in rõne medij. His sequitur ꝙ non debet poni medium, nec innouationis nec copulationis, innouationis quidem non, qm̃ semp est, vt sic consistens & in se permanens, copulationis vero minime, qm̃ imediate copulatur abstractis & maxime supremo, vt diximus. Si aũt consideratur intel l's, vt aia, sic erit conuersus tpi & magnitudini alliquo mõ, & sic quodammodo erit ad extremum mãle cadens, et cum mãle sit quasi oīno semotum ab intellectu puro, proculdubio vt intellectus conuersus copuletur abstractis eget medio. His verificatur verbum Simplicij in 3. de aïa ꝙ vno mõ intellectus continuatur abstractis sine medio, alio mõ per medium, vt in se consistens inquit, immediate per priuationem cuiuscunq; medij copulatur vt illabens ac conuersus ad caducum, ad hoc vt ascendat, vt sic conuersus proculdubio eget medio extrinseco, & sic idem comparatum eidem copulatur vni per medium & sine medio diuersimode se habens, vt sępe sæpius superiori libro diximus per consequens intellectus tuus, vt intellectus abstractis continuatur simpliciter sine medio & semper, vt tuus est recessit a seipso & in caducum conuersus ad hoc vt sic conuersus ad Deũ redeat, opus est medium copulationis & innouationis, vt dicam post, sed vtrum intellectus conuersus ad totã spēm humanam egeat medio optima est difficultas.

AN facile solutu est qm̃ vt conuersa ad spēm tm̃ intelligit hodie, q̃ æterno tpe, vt in cōm. lib. de aïa explicauimus, & per consequens semper intelligit ergo nõ eget medio innouationis. i. per qđ nunc copuletur, & non prius, qm̃ semper vt sic est copulata. Eget aũt medio vnionis, qm̃ siue sit conuersa ad spēm, siue ad īdiuiduũ, proculdubio est in extremo proposito, ergo summæ egens medio, per quod copuletur primo intellectuali. i. medio eleuationis eius vt sic, & hoc Latius declarabiẽ capitulo sequenti quomodo quidē eget medio, & qũo non, his perspicuum.

## *In quo explicatur põ hæc secũdum fundamēta huius philosophi. Cap. 36.*

QVID oportet accipere in declaratione prædictorum est, ꝙ intelligibilium quædam sunt talia per accñs, quædam vero per se. Per accñs quidem sunt negationes, quæ per affirmationes intellectum perficiunt, priuationes quæ per habitus intelligũtur, potentiæ quæ per actus capiuntur, singularia quæ per vniuersalia habentur, respectiua quæ per absoluta tenentur. His sequitur ꝙ intellectus primo & per se perficitur ab intellectis affirmatiuis positiuis actibus vniuersalibus & absolutis, & sic intelligibilia per se sunt ītellecta affirmatiua positiua actus vniuersalia absoluta, vt liquet. Intelligibilium vero per se, quædam sunt actu intellecta ẜm eorum nãs, & hæc sunt intellectus separati, quibus duplex esse conceditur s. intentionale & reale ẜm esse reale perficiunt orbes, vt in cōm. nr̃o de aïa diximus. ScđM esse intentionale perficiunt mãm intelligibilium, quæ est intellectus mãlis vt dicit Auer. & oia hæc intellecta vniuersalia constituunt totam fœlicitatem, de qua est qõ. s. quo medio intellectus conuertatur vel eleuetur in hæc. Alia vero sunt ẜm eorum nãs intellecta in potentia, & non intellectus, vt dicit Auer. & hæc ꝑculdubio sunt duobus modis. s. composita seu complexa, & simplicia seu incomplexa, ꝑ mõ intellectus nõ recipit illa nisi rõne extremorum, vt superiori libr. docuimus; secundo mõ vt formæ subales vel accñtales habent duplex esse, vnum reale & aliud intentionale, ꝑ mõ sunt perficientes mãm physicam, secundo mõ adhuc sũt eē vel vltimate abstractum, & sic sunt formæ intellectus perficientes eum ẜm hoc esse. Vel medio mõ abstractũ, & sic sunt formæ Diaphani sensus & virium intrinsecarum vt liquet. Esse aũt abstractum habet latitudinem, vt docuimus in loco prædicto, qm̃ aliqđ est infimum, vt quidditas spẽi aliqđ supremum, vt simplicissima forma vt ens, vt dicit Auer. in. 3. de aïa cōm. 10. Erit ergo intentio declarationis explicare modum quõ intellectus conuersus ad hæc resultet in illa intelligibilia per se prio modo, Ioã. ergo Iandu. qui aliqñ in Auerroica familia habitus est p̃cipuus, in qõnibus tertij de aïa dedit duos modos, & primus est ꝙ completa generatione intellectus speculatiui, intellectus agens causat spēm intelligibilem sui, quæ quidem spēs est noua qualitas intellectui potentiæ, qua ipse conuertitur in compræhensionem ītellectus agentis, intellectus ergo speculatiuus est q̃dam dispõ intellectus potentiæ, qua eleuatur ad suscipiendũ illam spēm, qua intelligitur ille intellectus, quemadmodum lumen dispõ est Diaphani ad hoc vt perficiatur a colore, hinc patet qualiter ītellectus speculatiuus est medium innouationis & copulationis, est medium īnouationis pro q̃to non semper nobis habitus est. Copulationis vero pro q̃to nos continuamur illis per hunc.

AMPLIVS opinatur hic alium modum, inquit. n. ꝙ q̃libet intellectum est effectus intellectus agentis, ergo quot sunt ītellecta tot sunt gradus virtutis exñtes in intellectu agente, qñ ergo intellectus potentię recipit vnum actum, cognoscit intellectum agentem ẜm vnũ gradum virtutis quando plures tunc ẜm plures, & q̃do omnes tunc conuertitur ad eum ẜm omnes, ergo intellectus potentiæ intelligendo illos effectus per se,

cognoscit essentiam intellectus agentis quasi a posteriori. Albertus autem in multis locis ꝙ lumen intellectus agentis per intellecta fundatur, quemadmodum solis lumen per colores, quia igitur lumen corporis luminosi est quodammodo totum luminosum corpus, fit ꝙ si oculis aliquis esset comprehendens luminis partem, partem ēt illius corporis apprehenderet, et si totum, ꝓculdubio & totum corpus luminosum, & cum ita sit relinquitur ꝙ cum ꝑ intellm̄ potentiæ aliqđ intellectorū intelligimus, ēt tunc ꝑtem agentis illuminātis capiemus q̄re si oīa intellecta adepti erimus, ꝓculdubio & totū intellm̄ agentem adepti erimus, et cum totū hoc ē poſſe fieri, ergo & poſſe factū. intells ergo speculatiuus ē mediū copulatiōis et inouatiōis, hoc mō: ꝯm hos.

*In quo refellitur positio hæc.* Cap. 37.

ET si Alberti positio differens videat ab illa scđa Ioā. tñ re congruunt. Albertus.n. per lumen agetis nihil aliud vult, nisi eius virtutem faciendi ītellecta potentia esse actu ītellecta, & per lumen diffusum in illis, nihil aliud nisi gradus abstractionis, lumen ergo erit gradus abstractionis, ergo q̄tum ad hoc non differunt nisi forte alio mō de quo non curo, sed qūocunq; sit primus modus Ioānis plures amplectitur calūnias, ꝓ q̄m tunc hō non intelligeret subas separatas intellectiōe quæ est suba earum.i. per essentias earum, sed per aliqđ accn̄s cātum in nobis, & hoc refellit Auer. 17 cōme. 12 meta. & nos scripsimus ꝯtra hoc in epl'a de fœlicitate. Amplius tunc nos non intelligeremus illas ītellectione æterna, q̄m intellectio vel est spēs vel cāta a spē, & cū illa spēs sit noua, et intellectio erit noua. Adhuc tunc hæc intellectio seu copulatio esse ꝯm agens, & non ꝯm formam, q̄m comparatur nobis, tunc vt agens intellectionis, & non vt essentia qua intelligimus. Rursum tunc intellm̄ hēret intellm̄, vt arguit Auer. contra Alfarabium cōm. 8. et sic daretur abstractius abstractissimo. Amplius tunc intellectus agens non prius esset continuus quam per illius essentiam intelligeremus, vt dicit Auer. & consequentia tenet per se. Item nullum est accn̄s nouum, neq; antiquum in substātijs separatis, nisi dependeat a re māli, vt cōme. 17 12. meta. colligit. Preterea tunc a substantijs separatis prouenire nouū īmediate, contra fundamenta Auer. Deinde scđs modus est pessimus, tunc intells agens intelligeret aliqđ extra se q̄n intelligeret se, q̄m tunc intelligeret gradus suæ virtutis, ergo intellecta, quorum cōtinet gradus. Adhuc illa cognitio esset abstractiua, esset.n. ab illis comp̄hensis, vt effectus, ad illum apprehensum, vt cā. Rursum illa intellectio esset per essentias inferiorum cuius oppositum dicit Auer. 12 meta. cōm. 17. d. relinquitur igitur, cum istæ intells fuerit denudatus a potentia, vt itelligamus per ipsum ꝯm q; actio est sua substantia.

Dicam autem argumenta alia contra hos alibi, nunc autem sit dictum in tantum.

*In quo replicantur q̄ones super hoc.* Cap. 38.

QVæstiones aūt, quæ accidunt ī opīone Auer. hæ sunt, q̄m si intells agens copulatur nobis ꝑ intel'm speculatiuum, tanq; per medium, iter eos erit habitudo aliqua, vel igitur indiuidui ad vl'e, vel effectus ad cām agētem, mō intells speculatiuus ad agētem non habet habitudinem indiuidui ad vl'e, intells.n. speculatiuus non est indiuiduum agentis, nec habet habitudinem effectus &c. q̄m tunc illa intellectio esset discursiua, qđ Auer. destruit contra Auempace. Amplius vel intells potētiæ est fœlix ī tota spē humana, aut non, si non, ergo intells speculatiuus non esset perfectus in maiori parte sui subti, si sic, ergo intells potentiæ esset fœlix in hoc tpe, in quo nullus hō esset fœlix, qđ est ꝯ Auerr. q̄m quicquid competit intellectui in se, oportet vt cōperat alicui certo hoī, alr cā copulationis nihil ect. Rursum sequaretur ꝙ vno vel duobus intellectis amissis, hō fœlix non amplius esset fœlix, q̄m vt dicit Auer. intells speculatiuus est nobis successiuæ acquisibilis, & sic agens ergo sicut ille deperdibilis, ita agens. Adhuc tunc hō vno instanti intelligeret oīa ītellecta, q̄m ille non acquiritur nobis nisi oībus illis, ergo non ē in actu nobis, nisi oībus illis, ergo actu plura, imo oīa intelliget, qđ admiratione dignum est. Item q̄m fœlix tunc non intelliget speculatiua q̄m ꝑ regulam Auer. quicquid intelligit inferius intelligit superius, & non eꝯ, & sic oportet dare modum, qūo intells speculatiuus sit medium, quo copulamur illis substantijs abstractis.

*In quo explicatur mēs Auerrois.* Cap. 39.

TAndem mihi apparet, ꝙ sicut intells lunæ dependet a Deo tribus modis cāæ, s. efficientis formæ & finis, sic intells speculatiuus depēdet tribus modis cāæ a substantijs separatis, & præcipue a Deo. s. in gn̄e efficientis formæ & finis, dicam ergo ꝙ quemadmodū intells lunæ intelligit Deum per essentiam Dei in rōne formæ & finis, & per essentiam propriam in rōne agentis, & quasi a posteriori, ita nos adepti ac formati intellectu speculatiuo, dependemus ab abstractis, & ꝓ intellectu. s. Deo, tribus modis dependentiæ. s. finis formę et agentis, & hoc vt Auer. dicit. 12. meta cōmen. 38. s. quo cœlum dependet ab illo, semper tribus gn̄ibus cārum, sic nos q̄nq;, vult dicere q̄n intellm̄ speculatiuum acq̄siuimus, tunc illis tribus modis dependemus, ergo quemadmodum intelligentia inferior intelligit primam ꝑ duplicem essentiam declaratam, ita tunc nos per essentiam nr̄am formalem. i. essentiam itells speculatiuus, oēs motores separatos, ita ꝙ per essentiam intells speculatiui itelligit hō, tunc eos vt agentes, & per essentias eorum, eos vt formæ & fines. Ex his conducetur ꝓ, ꝙ maiori vnione copulamur intellectis separatis in hac dispōne, q̄ vl'i copuletur indiuiduo, q̄m vl'e non copulatur indiuiduo, nisi in gn̄e formæ, non agentis, neq; finis, ille aūt copulantur nobis tribus modis cāæ, ergo sumus tunc promptiores intelligere eas mediante intellu speculatiuo adepto, q̄ per indiuiduum vl'e. Adhuc conducitur secundo, ꝙ cum forma consistat in indiuisibili, et agens successionem sumat ab effectu, quem successiuæ producit, relinquitur ꝙ Deus vt agens successiuæ intelligitur, prout nos successiuæ dependemus ab eo, magis ac magis ab eo, eum aūt nunq̄ intelligimus, vt forma, nisi in fine, q̄n. s. per essentiam eius intelligimus, & sic verificat verbum Auer. in. 3. de aīa in calce cōm. 36. cum successionem videatur concedere, ex parte vtriusq; ītellectus, s. speculatiui & agentis, loquitur.n. de eo, vt agens est, q̄m vt forma ac finis, est tanq; terminus totius successionis, & per consequens in indiuisibili consistens, ac subito acquisitus.

RVRSVM & tertio conducitur ꝙ intellectus speculatiuus non est dispō conseruans intellectum agēs in nobis, vt forma est. eo modo quo dispō acquisitionis. v g. quemadmodum in composito nāli, q̄n acquiritur forma aliud est dispō in fieri, alia in facto, ita ꝙ in fieri requiritur calor, vt. 8. & humidum, vt. 8. attñ respectu formæ conseruandæ, minor dispō requiritur, vt patet in senibus, sic in acquisitione intellectus vt forma requiritur totus intellectus speculatiuus, vt vero conseruetur nobis forma, sufficit vnum vel duo intellecta, interminata tñ, & hinc sequitur, vt non liqueat admisso vno vel duobus intellectis, admitti intellectum agentē, vt forma, donec ergo aliquid speculatiui intellectus nobis aderit, & copulatio illa, vt forma nobis aderit, minor.n. est dispō in conseruādo q̄ in gn̄ando, pro gn̄one itaq; intellectus agētis, vt forma requiritur totus speculatiuus, pro conseruatione vero, sufficit aliquid illius quicquid sit id, q̄m quemadmodum acquisitio fuit indiuisibilis & in fine summæ dispōnis, ita deperditio fiet indiuisibilis, & in fine dispōnis corruptiuæ. His itaq; acceptis sol. ad q̄ones propositas constat.

Ad primam

AD primam dicēdum, ꝙ habitudo intell's speculatiui ad agentem est maior ꝗ̃ effectus ad agēs, & ꝗ̃ formę ad materiam, ut manifestum est, qm̄ aggregat utrasq;, et eo fit, ut intell's agens continuet r nobis, ut forma in fine in tellectorum speculatiuorum.

AD secundam Subgerius credit ꝙ nunꝗ̃ intell's est in se fœlix, quin aliquod indiuiduum hoīs sit fœlix ī ali qua regione, quicquid.n. inest intell'ui, ut intell's inest ali cui hoī. Sed iste contradicit Auerroi in multis loci, di xit, enim Auerrois in.3. maxime com. 20. ꝙ intell's in se semper est continuus substantijs separatis, nobis autem non semper, nisi post adeptionem intell's speculatiui, & cōtra hoc possem inducere multas rōnes, sed nō curo, iō dico ꝙ nō oportet, ut quicquid inest intell'ui in se actu, insit alicui indiuiduo hoīs actu, sed sufficit ꝙ possit inesse qn̄ acquisierit medium dependentiæ, in tribus illis gene ribus causarum ab intellectu agente.

AD tertiam solu. est perspicua: declaratum est enim aliam esse dispōnem acquisitionis aliam conseruationis, totus.n. intellus speculatiuus est dispō acquisitionis, sed modicum illius est dispositio conseruationis.

AD quartam dicendum, ꝙ fœlix in instanti copula tionis intelligit oīa abstracta: & forte oīa uel quędam in tellecta mālium, nec una harum alteram ꝓhibet, cū sint diuersarum rōnum, & ideo com. 5. inquit ꝙ cognitio sub stantiarum separatarum non impedit cognitionem rerū materialium, fœlix ergo intelliget separata per essentias eorum & materialia per intellecta eorum. Qūo quidem igitur intell's agens comparetur nobis. duobus modis ut agens, & ut forma, & qualiter in fine copulatur, ut for ma, & non in principio. Et qūo intelligimus substantias separatas, & quid est totum fundamentum copulatio nis, & medium, his perspicuum est.

### *In quo inducuntur argumenta contra tertiam quęstionem. Cap. 40.*

ERat autem qō. 3. difficilis multum, & ideo in ea ꝓce dam tantum ꝭm fundamenta philosophorum, qm̄ in fine declarabo mentem Aristotelis ꝗ̃tum ad hoc arguit ergo Alpharabius in nicomachia si fœlix esset ali quis in statu mortali, tunc uiuere non posset per tres uel quatuor dies. consequentiam declaro, qm̄ i e non dor miret, nec comederet, nec biberet, nec actus naturales exerceret, quod ꝓbo, quoniam uel in somno intelliget per essentiam agentis. uel non, si sic. ergo sine actuali spe culatione alicuius posset homo intelligere, & si non, er go nunꝗ̃ dormiret, qm̄ nunꝗ̃ auerteret intellm̄ ab ea. ergo nec sensus a phantasmatibus pluribus uel omni bus &c. & sic argui potest in alijs. Amplius arguit pri ceps theologorum oīs fœlix est immortalis, nullus exi stens in hac uita immortalis, ergo nullus exn̄s hic fœlix, maior ꝓbatur, qm̄ si amittit potest aut ergo beatus amit tit eam uolens, tunc nō est beatus, quia non habet quic quid uult, aut nolens, aut neq; nolens, & ad utrūq; illo rum sequitur: ꝙ fœlix non sit fœlix qm̄ non amat beati tudinem, immo si nolens amittit odit eam, si neutraliter tunc non existimat eam, non ergo est status uere fœlix. Vel sub hac forma fœlix in hoc statu uel amittit uitā uo lens, aut nolens, aut neutralr̄, & qūocunq; dicatur, pro culdubio fœlix erit non fœlix, & hoc porro argumentū fuit Augustini theologorum principis.

SECVNDO ꝓbatur maior, forma quæ tollit a sua mā omnem priuationem constituit compositum in corruptibile, patet de cœlo, sed fœlicitas tollit a natura fe lici omnem priuationem, quia imperfectionem, & po tentiam, cum sit actus ultimus in suo ordine: magis quā forma cœli in ordine formarum substantialium. Tertio tunc beatus & fœlix posset fieri miser. Ad principale arguitur, oē repugnans alicui uirtualr̄ ꝓhibet id ne fit, qn̄ ipsum ē sed corpus mortale repugnat uirtualiter bea titutudini, ergo repugnat aīam copulatam corpori fœli citari, minor declaratur, cum n. appetitus sensitiuus in hoīe mortali inclinetur ad delectabile, & appetitus sensi tiuus natus est appetitum īntellectiuum deordinare, fœli citas autem non compatitur in appetitu intellectiuo ali quam deordinationem, nec in sensitiuo. quia summa de lectatio amouet oēm tristitiam, non solum oppositam, sed cōtingentem: & per consequens non sinitur appeti tus sensitiuus habere tristitiam passionem & sic mortali tas impeditur ab effectu, qui natus est cōsequi, & per cō sequens repugnat mortalitati fœlicitas rōne repugnan tiæ effectuum nāliter consequentium, quæ repugnantia est uirtualis qualis inter solem & aquam. Adhuc ad aīæ fœlicitatem requiritur fœlicitas corporis, ꝭm q corpori debetur, sed fœlicitas corpori non potest inesse dum est in uita mortali ergo repugnat aīę corpori unite fœlicita ri. Rursum fœlicitas est cōphensio abstractorum per essentias eorum. s. intuitiua, ut uidebitur, sed aīæ corpori unitæ non competit intelligere nisi abstractiue, ergo re pugnat ei fœlicitari.

POSTREMO tunc oporteret fœlicem acquire re oēs uirtutes morales, contra Auerroim: qui uult ut il læ consequantur hanc dispōnem, & non ꝙ ꝓcedant, ut perspicuum est argumenta ergo quæ faciunt aduersus positionem hanc hęc & tot sunt.

### *In quo explicatur positio Auerrois. Cap. 41.*

SOlutio quidem Auerrois proculdubio in ꝓœmio .1 & 8. physicæ auscult. est ꝙ intell's corpori conti nuo, uel homo intellu coniuncto, pōt copulari ab stractis propterea inquit. & declaratum est in scīa mora li ꝙ esse hoīs in sua ultima perfectione est ipsum esse ꝑfe ctum per scīas speculatiuas, uult dicere, tam abstractorū per essentias eorum. q̄ mālium per intellecta abstracta in se. Et declaratum est ꝙ ista dispō est fortunitas ultima. i. fœlicitas hoīs ꝭm q homo, & ꝭm fatuos uita æterna, nā esse uitam æternam hoī illi factum est apud ꝓbos, erit er go fœlicitas ultima in rei ueritate, licet falso sit dicere eā esse uitam æternam, ecce ꝗ̃ aperte & luculente soluit qō nem hāc, fœlicitas ergo stat cum mortalitate apud Auer roim, & per consequens intellm̄ copulari abstractis, ut continuus corpori mortali: nō est remotum apud eum. Propter quod Anaxagoras qui totius uniuersi genito rem & partem dixit esset intellm̄ purum & immistum, dicebat oēs formas esse ex hoc ꝙ intell'us ille lumine suo adunat filia in natura, & componit ea irradiando supra ea. & ideo cessante hoc supra quo fit irradiatio non relin quitur, nisi unicum & simplex lumen purum & niphū in se, & in hunc sermonem Abubacher maurus uenit, ponēs rōnalem aīam unicum & separatum lumen esse intell's primi, & ideo esse ubiq; & semper, & continuari ꝑ modum irradiationis cum purioribus animabus cor porum organicorum, in potentijs spiritualioribus, quæ sunt imaginatio & phantasia, & quia separatum est ubi que & semper ideo non pōt dici huius uel illius, eō quia forma nō pōt dici huius uel illius, nisi per punctuationē ad materiam, propter quod deficiente eo, propter qđ irradiat unicum & idem ex omnibus irradiatur et sic pa tet quis status est animi in corpore mortali ꝭm hos, & quis post mortem, & qualiter corpus mortale non pro hibet copulationem illam.

### *In quo inducuntur argumenta pro hac posi tione. Cap. 42.*

DEclaratum est capitulis habitis intellm̄, ut intell's ē, posse copulari abstractis, & ꝙ aliqn̄ copulet̄ mul tis rōnibus confirmauimus, aliter enim potentia ociosa esset, uel igitur copulabitur illis dum corpori con tinuus est, aut post mortem. Nō post mortem, quia tūc rōnalis aīa naturali desiderio appeteret mortem & solo nem eius a corpore, contra Aristotelem & oēs peripate ticos & theologos, etiam probatur consequentia, oē. n. appetens nāliter finem aliquem, appetit omnia media ad illum appetitu nāli, & remotionem impedimentorū

eodē desiderio, sed anima rōnalis appetit naturaliter copulari illis. ergo & oīa media, & remotionē impedimentorum, quorum unum est unio aīæ ad corpus, & sic appetet remotionem unionis. ergo dissolutionem. Ergo copulatur illis dum corpori unitur.

AMPLIVS ad quod sequitur obliuio totius sciētię habitæ, non pōt esse dispō ad copulationem illam. Sed ad separationem aīę a corpore sequitur obliuio, totius scientiæ, ut Alexander ostendit, qm̄ ad egritudinem aliq̄ sequitur obliuio, ergo ad terribilissimu m omnium simplr ablatio totius scientiæ.

RVRSVS oīs perfectio adæquato alicui perfectibili pōt habere oēm operationem polēm dum est in illo, hæc.n est perspicua ex declaratione terminorum, sed aīa rōnalis est adæquata perfectio corporis humani. ergo pōt habere oēm opōnem polēm, & sic fœlicitari.

Adhuc cuicūq; non repugnat maius, nec minus repugnabit, sed corpori apud omnes non repugnat anima, ut actus primus, nec repugnabit anima sub actu secundo, qm̄ actus secundus est infra primum, est enim operatio sequens essentiam.

Item si copulatio illa repugnat aīæ corpori coīunctę, uel erit ex parte agentis, uel passi, non agentis, qm̄ deus, siue forma sit aīæ fœlicis, siue agens actus fœlicis, ꝓculdubio sicut post mortem pōt esse forma, uel actum agere, ita & dum corpori est unita. Nec ex parte passi, qm̄ uel simplr, sicut lapidi repugnat sapiētia, uel ſm quid, sicut subiecto existenti sub uno contrario repugnat esse, sub alio ꝓ tunc. Nō simplr, quia tūc nūq̄ posset fœlicitari, sicut nec lapis scire, nec ſm quid, quia illud non esset, nisi quia esset aliquid in passo. f.aīarōne cuius non pōt ipsa copulari illis, uel illud ergo erit mortalitas corporis, uel inclinatio appetitus sensitiui ad oppositum rationis, uel modus intelligēdi abstractiuus animæ, ut sic, non mortalitas, quia tunc in uita hac nullus fuisset fœlix: contra theologos & pħos, theologos quidem, ut de Paulo Stephano. & alijs affirmant, pħos uero, qm̄ Socrates fœlix ponitur in phedone Mercurius in pimandro hoc de se narrat in principio libri, & maxime cum mortalitas nō sit formalr opposita copulationi animæ ut sic nec uirtualiter, ut per secūdum membrum dicam. Nec inclinatio appetitus sensitiui ad corporalia contra rōnem, qm̄ sicut usus appetitus circa deordinatos actus relinquit habitus in parte aīæ rōnali, ut ipsa omnino recedat a speculatione, sic conuersio appetitus ad intellum, per frequentes actus uirtutis pōt relinquere habitum appetitui, quo oīno obedit rōni, & non retrahit ad oppositum, ut patuit in Socrate, qui accipiens uenenum nullam commotionem passus est in sensitiua parte, circa ultimum terribilissimum.f.mortem, ut de eo scribit Plato in phedone: ergo pōt remoueri ab appetitu sensitiuo oīs inclinatio ad oppositum rōnis, & relinqui habitus obedientiæ simplr ad rōnem, & sic merito huius corpus non repugnat fœlicitati animæ: nec formaliter, nec uirtualiter.

AMPLIVS idē cōfirmaī, uel ista inclinatio ad act⁹ oppositos rōni remanet post mortem, uel nō. si non, ergo non remanebit post mortem nisi intells, & sic non esset eadem res aīa rōnalis sensitiua & uegetatiua, & ita si remanebit regio sensitiua, oportet ut remaneat inclinatio quæ fundatur in ea, ut in subiecto: si igitur remanet talis inclinatio aīæ post mortem. ergo eadem rōne post mortem aīa erit impedita ab hac inclinatione. & ergo oportet ut in uita hęc inclinatio, ut dicam, penitus amoueatur ad hoc ut post solōnem penitus libera perficiaī a primo lumine, & sic polē est, ut acquiratur habitus obedientiæ hic oīno & penitus: & per consequens animę rōnali, ut sic, non repugnabit copulatio illa. Nec postremo pōt repugnare ꝓpter modum essendi eius, qm̄ hic modus essendi non uariat naturam spē, & per consequēs si polē est animæ tunc, & nunc est polē omnino. His argumentis acceptis dicerent Auerroici Deum posse esse formam intellui, ut intells, & ut corpori continuus est intellui autēut intells, ꝑut sic omnino semotus est a prohibentibus copulationem, & prout est materia uera omnium separatorum spiritualis & intelligibilis. Vt corpori continuus, qm̄ corpus non repugnat illi copulationi, nec formaliter cum nō sit contrarium Deo, ut forma formæ, nec propter uirtualem continentiam declaratā, hoc est, nec propter mortalitatem, nec propter inclinationem ad oppositum rationi nec propter modum essendi, quando ergo erit remota inclinatio penitus ab appetitu sensitiuo & etiam inductus modus, quo possit eleuari ad illa.f intellectus speculatiuus, tunc fiet copulatio animæ hominis, ut materia, ad eum.f.Deum, ut forma, & hæc copulatio.

*In quo declarantur duæ quęstiones confirmatione prędictorum.* Cap. 43.

ET cum hæc & tot sint uisa oportet, ut ad planiorem intellm̄ horum quæramus primo, quid sit medium positiuum copulationis animæ corpori continuæ ad illa. Secundo utrum sint necessaria doctrina & uirtutes morales ꝓ copulatione illa & q̄uo. Prima quidem qō dissoluitur per hoc qm̄ aīa corpori cōtinua fœlicitatur solum prout est materia actu primi intells & aliorum, est autem materia primi intells quando est totaliter præparata ad illum: est autem totalis pręparatio: ut dicit Auerrois in lib. de intellu duplex remota & propinqua, ꝓpinqua est perfectio per scīas speculatiuas.f. nālem & metaphysicam, mathematicæ enim non sunt dispōnes ad illam copulationem, cum careant fine.3.metap & sint enumeratæ ꝓpter exercitium, ut dicit Alex. in procemio physicæ auscul.a quo accepit Auer.procemium. Dispō autem remota est dialectica: nullus enim inquit Auer.2.met.pōt solus inuenire has duas scīas, nō enim complentur artes nisi per iuuamentum prioris ad sequentem, si enim non fuisset phrynis non talis timotheus euasisset in arte cantandi. ergo necessaria est dialectica & inuentiua & doctrinalis, sed doctrinalis & inuentiua non perficiuntur nisi per expōnem terminorum inuenimus enim, ut plurimum, ex scriptis, scripta aūt sunt uoces potentia: disciplinamur autem per uoces, ergo ars terminorum necessaria est, quæ proculdubio grammatica est, erit ergo dispō remotissima grammatica quę est gratia dialecticæ, dialectica est proprior gratia speculandi, ut organum existens proxima dispō est intells speculatiuus, & maxime metaphysicus, cum igitur anima his artibus præparata fuerit proculdubio intells primus copulabitur ei, ut forma, & hęc uocatur adeptio & fortunitas ultima apud Auerroim, dispō ergo propria & sufficiens pro copulatione est, perfectio per scīas speculatiuas. Et hinc liquet q̄ parum fœlicitatis grammatici participent: & plus dialectici, & q̄ plus pħi naturales, & quā maxime metaphysici, & inde patet q̄ superfluit pro fine isto ars orandi rhetorica poesis: & huiusmodi, nisi ꝓ quanto quis scriptis relinquit modo aliquo horum. Superfluit & sophistica modernorum, quæ totam mentem occupans, proculdubio fœlicitatem remouet, ut dicit Auerrois, q̄ hæc indispositio accidit pluries dialecticis, & aliæ artes multæ inuentæ ab abundantia intellectus, penitus sunt superfluæ pro hac fœlicitate. Quod quidem igitur medium positiuum sit pro hac copulatione his patet.

*In quo soluitur secunda quęstio.* Cap. 44.

ET quia non tantum pro copulatione illa requiritur medium positiuum, sed priuatiuum, non enim tantum ignis ponit medium positiuum in tabula, pro forma tabulæ, sed remouet contrarias dispōnes, mediū ergo positiuum fœlicitatis est adæptio intellectus speculatiui, medium autem priuatiuum est priuatio inclinationis in parte sensitiua & uegetatiua. ergo oportet ut hæc, inclinatio remoueatur, modus autem remouendi est per habitus uirtutis, qui fundantur in parte sensitiua, ad hoc

enim

enim ut intell's fœlicitetur nullo modo requiritur corporis fœlicitas, nec simpl'r, cum illa sit impoßis, nec f'm quid q'm intell's, ut intell's primo est propter se, secundo propter nos Ad hoc ergo ut fœlicitetur homo, requiritur ut principale eius fœlicitetur, est autem hoīs principale regio intellectiua, quæ caput est & princeps omnium eorum quæ cōstituūt hoiem, adhoc aūt ut illa regio fœlicitetur requiritur q; regiones infimę s. sensitiuas appetitus fœlicitetur & uegetatiuus, regio ergo infima. s. uegetalis diuiditur in singula membra: quorum quodlibet est compositum ex aīa & corpore, habentia complexionē ꝓpriam, & uegetationem propriam, & forte pro fœlicitate huius regionis requiritur dispō membrorum in cōpōne & figura & qualitate, & hæc est sanitas in compōne, & dispō continuitatis, & hæc est sanitas in quanto, et dispō humorum, & hæc est sanitas in complexione, ut dicūt medici fœlicitas ergo extrinseca huius regionis est sanitas hæc triplex, est aūt fœlicitas appetitus uegetatiui moderate uti actibus per obedientiam ad rōnalem, quantum est poſe, & ideo in fœlici requiruntur bona corporis, uel tanq; pars fœlicitatis, uel ut dispō ad illum, ut forte dicam. Portio aūt media. s. sensualis secatur, hæc quidem n. sensus est, illa uero pars appetitus est sensitiuus fœlicitas sensus proculdubio est finis habitus ad quē ordinatur, ordinatur autem ad clare & distincte sentiendum: fœlicitas ergo sensus erit hęc. Sensitiui autem appetitus ordo est ad obediendum intellui, & principijs eius ergo fœlicitas sensitiui appetitus est obedire intellui, f'm habitum fixum obedientiæ, per ablationem penitus inclinationis ad oppositum ergo uirtus infimæ regionis ē sanitas, fœlicitas, operatio sana. Virtus mediæ regionis est habitus assuefactionis, fœlicitas usus obedientiæ. Qđ sit uero fœlicitas supremæ regionis declarauimus, est. n. fœlicitas intell's cōphensio intuitiua abstractorum, ut intellecta per essentias eorum & amata amore intuitiuo sed quia Auerrois ponit intell'm practicum ordinari ad speculatiuum, est autem intell's practicus cogitatiua pars quæ intell's dr̄ mālis, & corruptibilis apud Auerroim Themistium & Theophrastum ideo uolūt habitū istius esse habitum prudentię, & consequenter eius fœlicitas erit actus prudentiæ, & q'm cogitatiuæ rn̄det appetitus proprius, uirtus appetitus cogitatiui erit connexio uirtutum moralium cum prudentia, et fœlicitas eius est actualis inclinatio f'm illas uirtutes ad iudicium prudentiæ. Quod ergo sit fœlicitas infimæ regionis, quidue medię & quid intell's & appetitus mālium. his patet, dispō ergo priuatiua ē habit' uirtutū oīum regionū: q'n ergo hic habitus fuerit, tunc tolletur oīs inclinatio partis sensitiuę ad oppositum rōnis, & tūc tota regio sensitiua & uegetatiua incentrantur ad intell'm adeo q; hoc corpus sub tali dispōne operabitur oīa, f'm rōnem, & sic operatione æquiuoca ad hoies alios, & sic intellectiuus gradus erit purus f'm affectus, adeo q; nō dici debet sensitiuus, nec uegetatiuus, nisi æquiuoce, erit ergo oīno ablata dispō contraria f'm uirtutem ad fœlicitatem, & sic his duob' medijs positis dabitur copulatio illa ad intell's separatos & hæc est fortunitas ultima hoīs in eo q; homo. Quod si sensitiua regio & uegetatiua erunt penitus habituatæ ad actus uiscosos, proculdubio conuertent regionem intell's ad eas, & sic iste homo dicetur penitus brutalis, & ideo homo primo modo dr̄ ęquiuoce ab hoīe secundo modo, ut dicit Auerrois. Quis ergo sit modus perueniēdi ad statum illum hic est

*In quo soluuntur argumenta contra Auerroim. Cap. 45.*

HIs itaq; examinatis proculdubio facile est absoluere argumenta cōtra Auerroicos. Ad primā negamus consequentiam, q'n cum homo peruenerit ad statum fœlicitatis, totam facultatem sensibilem habet ad regionem intellectus, tanquam in centrum, & ideo tantum operabitur per sensibilem partem & uegetabilem, q'tum rō dictabit, dictat aūt rō, ut comedat q'n oportet: ubi oportet, & q'tum oportet, & cū q'bus, ut dormiat his eisdē cōditionibus seruatis, ut seruet amicos proximos & alios actus ꝓfluētes a parte sensibili exequat eodem mō nō p lapsum sensitiui appetitus sed per rōnem penitus mouētem, & iō iste homo nō mouebit: sed se mouebit nō uincet, sed erit dn̄s suorum actuum, adeo q; sicut in frigido, ut octauo, nō est calor nisi potētia, sic in fœlici nō est lapsus nisi potētia, & ideo penitus t'm operabitur q'tum uult rōne ꝑsumpta, uult autem rō, ut corpus corruptibile & resolubile operetur operationibus propriis sibi, & hoc modo operatur: & sic quando dormiet erit fœlix in habitu.

AD secūdam tota qō reducitur in hāc uim, an fœlix moriendo amitteret fœlicitatem uolens aut nolens aut neutraliter. Rn̄det Arist. 3. ethic. dicens multa. n. & nā existentium scientes & operamur & patimur, quorum nullum, neq; uolūtarium neq; inuoluntarium est, puta senescere uel mori. Fœlix ergo non uult mortem, q'm ipsa mors: neq; finis est, neq; bonum, & q'm dispō suæ naturæ q; scit esse mortalem, non patitur nolle rōnali ergo appetitu sapiens mortem non uolet: neq; nāli appetet f'm indiuiduum permanentiam sempiternam, q'm. i. impoßibile, ut narrant sapientes.

SED dices poſe est hominem perpetuari per naturam, ergo est appetibile appetitu naturali, antecedēs probatur authoritate, q'm Asaph in tractatu de elementis capitulo de partibus Asie inquit. In iudea uersus solem occidentem sunt essenienses, qui ob suam maximam sapiētiam secesserunt a gentibus: causa uitandi delectationes, q'm inter eos nulla est mulier, neq; ab eis agnoscitur pecunia, ipsi uiuunt moderatim, & parce, & licet illic null' oriatur, tamen non deficiunt, & si multa gens uadit illuc nullus potest illic esse diu nisi fidem & castitatem offerat & promittat hæc ille. Adhuc Lynconiensis Grossatesta in libello de reflexionibus radiorum narrat q; circa unum polum sunt quidam montes, super quibus fit sic uniformis & regularis reflexio radiorum solis, q; est ibi tanta temperies, q; hoies morantes ibidem in tantum uiuunt q; uita eorum eis displicet, ob quod saltant in flumen quodpiam sub illis montibus fluens & submergūtur &c. Ex hoc sequitur q; huiusmodi homines si non se submergerent, omnino essent æterni, ergo fœlix potest appetere perpetuitatem, cum illa sit poßibilis indiuiduo humano, inq'tum indiuiduum, ut per uerba horū constat. Poetæ etiam et non nulli theologorum antiquorum, existimant q; homines qui potant aquam quandā quæ forte potus est Ambrosinus, deorum. s. Et gustāt cibum qui nectar appellatur, redduntur dij æterni, quiuero non non, ut perspicuum est apud eos.

SED Aris. et Auerrois. 3. meta com. 15. deridet oēs hos, inquit. n. Auerrois. Et si accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, ut non moriantur mirum est qūo qui indiget cibo & potu remaneat in æternum. cibus. n. & potus non sunt necessarij nisi ut restaurent corruptū: qūo igitur remanet æternum id quod est innatum corrumpi. Dicerent ergo peripatetici q; huiusmodi hoīes immortales non sunt hoies, nisi forte æquiuoce, sicut pictus & uerus, & ideo consonum est, ut omnis hō mortalis sit, & cum mors insit per naturam: ideo non est potestate fœlicis & ideo nec est nolibile & uolibile, sed neutrum ab eo, uolitum enim est in potestate nostra, & q'n infertur ergo fœlix non esset fœlix. negatur consequentia, q'n non est in potestate hominis mori uel permanere, & ideo nec mors nec permanentia sunt de rōne uel cōditione fœlicis. Et per idem ad confirmationem concedimus maiorem. sed minor falsa est, fœlicitas enim nō tollit omnem priuationem nisi poſem hoī in eo q; homo, modo immortalitas apud pħos repugnat homini f'm esse indiuiduum, hoc enim est fide perspicuum tantum, non ratione naturali demonstratum.

AD tertiam principalem pōt apud Aristotelem ca-

pi ꝓ potentia facilitatis,& sic fœlix nõ põt fieri miser .i. cum facilitate,qm̃ postq̃ regio uegetatiua & sensitiua in centratæ sunt ad regionem intellectiuam,ꝓculdubio,ita reguntur rõne:ꝙ amplius deordinare non possunt facile.Sed ꝙ possit esse deordinatio stante vita Aristoteles ĩ ethicis sæpe autumat.

AD quartam solu patet põt n appetitus sensitiuus ĩ tantum assuefieri rõni,ut ab eo tollatur oĩs inclinatio ad oppositum rõnis,& sic intellꝰ liberrimus erit , ac purus intellectus in eo ꝙ intellectus.

AD quintam patet qualiter fœlicitas corporis põt inesse corpori,in uita mortali,vt est operatio oĩum regio num ſm obedientiam habitualem ad rõnem. Ad sextam dõm ꝙ in statu isto poſſis est cõphensio intuitiua, immo de facto adest:positis medijs s.intellꝰ speculatiuo & obedientia regionum ad rõnem:ut diximus, tunc.n. Deus põt esse forma intellꝰ copulati hoĩ. Ad ultimum iam apparuit quõ fœlix nõ fit aliquis,nisi pcesserint habitus uirtutum oĩum eorũ,quæ capacia esse possunt uirtutis.declarabat aũt Auerrois ꝙ nõ solum antecedũt virtutes hãc dispõnem,immo cõsequũtur,homo n.cum puenerit in hũc statum ꝯfirmabitur in castitate iustitia, cõtinẽtia,sublimitate,liberalitate & oĩbus alijs uirtutibus, quæ antecesserũt hãc dispõnem. His habitis luculẽte uerificabitur uerbum Arist.12.diuinorum.d.atqui,ut nos optimæ pbreui tpe degimus,sic id perpetuo degit.sicut .i.semper nos quidem ita semper degamus fieri nequit. Vult ergo ꝙ fœlicitas hoĩs sit qualis illorum abstractorum,quemadmodum n.oĩa corpora cœlestia sunt fœlicia Deo,sic & hoĩes deo fœlices esse oportet. Differunt autem a nobis,qm̃ eorum fœlicitas semp est,nobis autẽ paruo tpe,semper quidem illis,qm̃ intellꝰus cœlorum ad hoc ut deo fœlicitẽtur nõ egẽt adeptione intellꝰ speculatiui,tãquã medio positiuo,nec adeptione uirtutum tanq̃ medio priuatiuo,corpus.n.cœleste cũ nõ uegetetur nec sentiat,ꝓculdubio nõ diuertit intellm̃ eius a cõphẽsione sui & aliorum,& ideo illis semp est fœlicitas hæc.Nobis aũt paruo tempore,qm̃ adeptio ĩtellꝰ speculatiui fit in tempore & maximo. Amplius acquisitio uirtutum nõ fit nisi lõga experientia,sicut dicit Aristo.status ergo noster est modicus,& maxime cum uita nostra comparatione ad illam illorum sit,sicut pũcti ad lineam, & finiti ad infinitum,ut dicit Auer.ergo deductio qualis optima paruo tempore inerit nobis,sic.n.semper i nobis ĩpoſſe,& tu uide com.38.ibidem. Rursum & uerbum Aris.in principio libri de mũdo uerificari põt,inquit.n. nec fecit se optimorum indignam , immo & cognatissimam & pcipue cõgruam putauit esse disciplinam eorũ , cum n.nõ esset poſſe corporalr̃,ꝓficisci in illum cœlestem locum,& derelicta terra uidere q̃cũq; illum cœlestem locum,uelut insipiẽtes aloadea qñq; putauere. Aĩa quippe assumẽs per pħiam intellm̃ ducem eleuata est,& abijt,il laboriosam q̃dam uiam excogitãs q̃ nimium locis distabãt abinuicem summe sapuit facile reor noscẽs cognata, & diuino lumine aĩa apphẽdẽs diuina & prophetizans mortalibus,hæc aũt passa est,qm̃ poſſe fuerat uolens cõicare largiter oĩbus pciosa q̃ penes se hæc ille,in q̃bus uerbis dedit intelligere copulationem illam,& medium copulationis & pfectionẽ aĩæ copulatę,cum dicit assumẽs aĩa ducem intellm̃ eleuata est & abijt,dedit copulationẽ aĩæ cum intellꝰu agẽte,qui deus est sublimis,cum dicit,p pħiam,medium intelligit positiuum & priuatiuum, est .n pħia continẽs partem speculatiuam & moralem, assumens ergo p pħiam intellm̃ ducem.i.cum fuerit copulata intellꝰui abstracto per pħiam,tanq̃ per medium,summe sapuit.qm̃ cõphẽdet tũc deum per essentiam eius & alia abstracta,& aĩa apphendẽs diuino lumine.i. per essentias abstractorum cognoscens abstracta diuina ꝓphetizat mortalibus,et cõicat largiter illis sciam eorũ,et hæc est aĩæ pfectio.ergo his uerbis patet copulatio,medium copulãdi,& pfectio copulatę aĩę.Hinc id Trismegisti in pimandro in principio uerificatur cum de rerum nã inquit excogitarem ac mẽtis aciem ad suprema erigerem,sopitis iam corporis sensibus,quemadmodum accidere solet his qui ob saturitatem uel defatigationẽ somno grauati sunt,subito mihi uisus sum cernere ,quẽdam immẽsa magnitudine corporis,qui me nomine uocans in hũc modum clamaret,quid est.o.mercuri ꝙ & audire & intueri desideras,quid est ꝙ discere ac intelligere cupis. Tum ego qui namies inq̃,sum inquit ille pimander mẽs diuinæ potentiæ,at tu uide quid uelis,ipse uero tibi ubiq; adero,cupio inq̃ rerum nãm discere deumq̃ cognoscere,adhæc ille,tua me mẽte complectere,et ego te in cũctis quæ operaris erudiam,cum hæc dixisset mutauit formam , & uniuersa subito reuelauit , cernebam enim &c. Quibus uerbis oĩa quæ diximus hic notauit primo quid sit fœlicitas cum dixit(cupio inq̃ rerum naturam discere.)Est autem rerum nã subæ separatæ oẽs, ut ibidem explicat(deumq; cognoscere)ergo uult fœlicitatem esse oĩa abstracta & deum,ut p̃diximus,qm̃ hęc cupit scire tm̃. Dedit intelligere medium id duplex , cũ .n.dixit(sopitis iam corporis sensibus)medium priuatiuum signat,quo aĩa cõtrahitur tota in intellm̃.Cum pposuit id uerbum s.(cum de rerum nã cogitarem ac mẽtis aciem ad superna erigerem)medium inouit positiuũ .s.pfectionem intellꝰ potẽtiæ per intellm̃ speculatiuum, cum apposuit(mutauit formam,& uniuersa subito reuelauit)oñdit copulationem illam,primo.n.copulatur nobis intellꝰ agens ut efficiens,cum ergo mutat formam i. copulatur in fine ut forma,tũc per essentiam eius oĩa nobis patent,per pimandrum ergo intelligit intellm̃ agẽtẽ more Auerroico.Dedit aũt intelligere hanc fœlicitatem esse in uita mortali per suam metaphoram,ecce q̃ plane põnem Auerroicam his uerbis mistice acceptis signare põt quispiam. Hinc & id Platonis in Symposio tẽdit. inquit n.animum diuinę pulchritudinis amatorem , qñ diuinas rões attingit,tũc nõ amplius simulachra rerum sed res ueras parere in seipso,partesq; nutrire , familiarẽ deo fieri ac p̃ cęteris ĩmortalem .Hinc & id phedri diuinorum inquit cõtemplatorem a reliqs segregari purgari ꝑsus hærere deo,impleri deo,idem in Epinomide ad uerbum fere dicit. Hinc & id septimi de republica legitur,inqt.n.theologum idoneis demõnis fundamẽtis & gradibus ascẽdere vsq; ad principium uniuersi,tangere ipsum ac tenere adhærẽtem semp his quæ adhęrent principio : quippe qui nullis sensibilium rerum corporeis gradibus ad id contendat sed ipsis spẽbus per ipsas ad ipsas potius innitatur:quousq; ad spẽm finem uniuersi perueniat &c.In quibus uerbis mistice Plato põnem datam figurat.cum.n inquit(theologum idoneis fundamentis demõnis & gradibus ascendere,medium tetigit positiuum,quo aĩa copulatur deo per theologum.n pfectum scias speculatiuas& maxime diuinam intelligit:ꝙ signat per id ꝙ subdit(idoneis fundamẽtis demõnibus et gradibus)per id quod subdit(ascendere usq; ad principium uniuersi) dedit intelligere copulationem aĩæ cum deo, cum subdit post(tãgere ipsum atq; tenere)exposuit modum illius copulatiõis,aĩa.n recipit deum,ut forma est, forma aũt tangitur per essentiam a mã & tenetur fixe,et ideo deus tangitur spũalr̃ per essentiam eius & tenet̃ fixe quod signat per id quod subdit(adhærẽtem semper his quæ adhærent principio)est ergo illa tentio. tam diu q̃ diu durant illa, quibus deus natus est copulari.s.intellecta speculatiua,cum uero subdit(quippe qui nullis sensibilium rerum corporeis gradibus ad id contendat) medium signat priuatiuum , oportet.n.ut non sensibilium formis contendat & insistat,atq; in eis submergatur,sed ut inquit(ipsis spẽbus per ipsas species ad ipsas potius innitatur) i.per intellecta ad intellecta continue procedat quousq; ad spẽm finem uniuersi perueniat). i . deum in quo pabuletur aĩa atque letetur,& hoc pacto arcanum Trismegisti patet,cum inquit(ex mente pura & diuinitate quodammodo unum spũm coalescere(est enim spũs intellꝰ potentiæ,coalescit autem mente pura.i.deo et diuinitate

u initate.i.oībus alijs intellectibus diuinis. Hæc ergo quę ueteres mistice tradunt forte ad hūc intellm̄ trahere potes, licet extranee & forte ficte. Quo quidē modo ī hoc statu poßis est fœlicitas, & q̄uo argumenta non cogant contra Auerroicos his patet, licet post utrum sit mens Arist. ac ueritas disputabitur.

### *In quo persoluetur questio quarta.* Cap. 46.

CONsueuit Auer. in pluribus librorū dicere itellm̄ mālem, cōtinuari agēti, uniri agēti: misceri agenti, ac frequētius ipsum copulari agēti. quæ oīa Synonima sunt, ob ꝙ licet declarare, quid sit copulatio intellectiua. Est ergo copulatio intellectiua p̄existētium discōtinuatorum, ut discontinuata sunt, unio ipsis nec remissis nec intēsis. Dixi (p̄existētium) ad dr̄iam gn̄onis, gn̄o n. unio est nō p̄existētis: sed eductio formæ entis in potentia ī mā ad actum dixi (nec intēsis nec remissis) ad dr̄iam mistionis, in mistione. n. est partium diuisio, ut in ea, q̄ sensu fit, uel partiū alteratio, ut in mistione p̄prie, ut dicit Ari. in p̄igeneseos, dixi, ut discōtinuata, q̄m & si equus in sui ortu cōtinuam hēt formam s̄m rem, dr̄ t̄n discōtinuata, q̄m nō exercet opa equi, hinc Plato uoluit aīam cōgenerari hoī, nō t̄n ei cōtinuaṫ, nisi sedatis sup̄fluitatibus &c. Hui⁹ aūt copulatiōis plures sunt modi s̄m Auerroim, unus intell's potētiæ cum intellu agēte. Secundus intell's agētis cum intellu speculatiuo. Tertius intell's potētiæ cum hoīe. Quartus intell's agētis cum hoīe. Quintus est intētionis imaginatæ cum intellu potētiæ. Si igiṫ loquamur de p̄ copulationis mō, dicimus ꝙ intell's agēs p̄ sui nām semp est copulatus intellui potētiæ, capiendo eos absolutæ, ut sunt partes uel gradus intell's, ut intell's ē infima intelligētiarum, & hoc pacto hęc infima intelligētia duobus modis intelligit abstracta supra se. s. per essentias eorum, & p essentiam p̄priam, ut sæpius p̄diximus & iam diximus ꝙ hoc modo intell's potētię nō eget medio positiuo. s. pfectione p intellm̄ speculatiuum, nec priuatiuo. i. pfectione per morales uirtutes, & hāc copulationem dedit Auer. pluribus locis & libris. Si igiṫ loquamur de his, put sunt cōtinui nobis, tūc agēs copulari pōt intellui māli uno modo, ut agēs passo, ut q̄n intell's agēs incipit creare intellecta, & intell's potētiæ incipit recipere illa, & hæc est prima copulatio. Alio modo copulatur ei ut forma, & hęc est q̄n intell's agens incipit esse intellectio essentialis itellui potētiæ, qualis unio est coloris uisui, color. n. s̄m sui eēntiam est forma parietis & uisio oculorū & quia hac copulatione intell's agēs, est opō intell's potētiæ, & intellectio illius, ideo intell's agēs est forma tunc illius, & hæc est ultima prosperitas: ut diximus.

### *In quo uerificantur Theorema ex his.* Cap. 47.

HIs possunt q̄tuor Theoremata cōduci, quorū primum est, ꝙ unum & idem in subo pōt esse respectu eiusdem agēs & forma, tpibus & modis diuersis, intell's. n. agēs prima copulatione est agens: secūda uero est forma. ergo unamet res erit forma respectu alicuius & agens respectu eiusdem, cuius oppositum accidit in rebus mālibus compositis ex mā & forma, in separatis. n. a mā solum idem est agens forma & finis ut dicit Auer. ꝙ quidem igitur idem s̄m rem sit agens, & forma ad idem his constat. Secūdum Theorema est ꝙ idem sit agens sui aliquo modo patet, q̄n intell's agēs est efficiēs respectu intell's speculatiui, & intell's speculatiuus est q̄si cā quare acquiratur intell's agēs ut forma intellui potentiæ, & quicquid est cā medij in finem, est cā illius formę & finis q̄ est illius medij, terminus ergo intell's agens est cā agēs suipsius diuersimode. Tertium est ꝙ intell's agēs est cā efficiens oīum intellectorum declaraṫ, est. n. cā agēs intellectorum speculatiuorum, & cā agens ut oīa abstracta copulētur, & fiāt formæ intell's mālis, & cā agens suimet ergo oīum intellectorum. Quartum est ꝙ intellectio nō est cā copulationis, sed magis copulatio intellectionis q̄m copulatio est cā quare sit ei forma, & quia est ei forma: est ei intellectio. ergo copulatio est quasi cā intellectionis: & sic uerificatur uerbū Auerrois in fine. 36. com. contra ioā Qūo quidem igitur quatuor hæc theoremata pateant. his patet.

### *In quo declaratur secundus modus copulationis cum suis corollariis.* Cap. 48.

ET cum explicatus est his modus copulationis, scd̄s pfecto erit quo intell's agēs copulaṫ intellui speculatiuo copulatur n ei duobus modis. s. ut agēs. & hoc inq̄tum creat ipsum & ponit eum in intellu potētiæ, sicut ars ponit formam artis in ligno. Et ut forma medio dispositiuo, sicut n. forma ignis copulatur calido & sicco, nō tanq̄ subiecto sed medio dispositiuo, est n. calidū & siccum medium, quo forma ignis inest māæ, sic itell's agens copulatur intellui speculatiuo, ut medio dispositiuo, est. n. intell's speculatiuus medium, quo intell's agens copulatur intellui potentiæ, ut forma. Sed differunt hę ab illis duobus quibus copulatur intellus agens intellectui potentiæ: q̄m copulatio intellectus agentis ad intellectum potentiæ prima est agentis ad patiens, hæc prima agentis ad intellectum speculatiuum est agentis ad effectum.

AMPLIVS secunda copulatio agentis ad potēm fuit formæ ad ueram mām spiritualem. Sed secunda copulatio agentis ad intellum speculatiuum est formæ ad medium dispositiuum. Ex his possunt conduci ueritates duorum Theorematum, primum est, ꝙ copulatio intell's agentis cum intellu speculatiuo est prior copulatione agētis cum intellectu materiali, & hoc s̄m utrāq;, q̄m agens immediatius tangit effectum quam materiam illius. ergo copulatio agentis cum speculatiuo, ut effectus, est prior copulatione agentis cum intellectu potentiæ, ut patiens.

AMPLIVS prius intell's speculatiuus copulatur intellui potentiæ, q̄ sibi copuletur agens, ergo intellus agens unitur speculatiuo prius utraq; copulatione. Secundum est ꝙ intell's speculatiuus non est uera mā intellectus agentis, sed intell's, potentiæ, propter quod intellectus speculatiuus non intelligit agentem, sed intellectus potentiæ intelligit utrūq;, ideo si intell's speculatiuus est generabilis s̄m quid, non sequitur nām corruptibilem fieri ęternam, sicut q̄n intell's potentiæ esse corruptibilis, ut sequitur in pōne Alexan. & in hoc patent multa, quę exponere dimisimus in com. 36. tertij de anima. Quid sit igitur secundus copulationis, & quomodo uerificenṫ hęc duo Theoremata his patet.

### *In quo explicatur tertius modus copulationis.* Cap. 49.

ADest explicare tertium modū, est ergo tertius modus copulationis: qua copulatur intell's mālis cum hoīe & apud Auerroim est duplex. s. s̄m nām, & acquisita ex placito Et sensere quidam, ut Subgerius in tractatu de intellu, ꝙ copulatio intell's mālis cum homine est s̄m esse, q̄m intell's constituit hoīem in esse hominis apud eos s̄m Auer. ut declaratum est in libro p̄dicto dicit. n. Auerrois in. 3 de anima com. 20. in principio, ꝙ intell's mālis copulatur prius nobis q̄ intell's agens, & nō pōt loqui de copulatione s̄m operationē, q̄m. 3. de aīa com. 36 dicit ꝙ copulatio agentis cum homine prior ē copulatione intell's potentiæ cum hoīe. Amplius ibidem dicit ꝙ copulatio est cā intellectionis & non econtra. ergo prius intelligitur copulatus s̄m esse anteq̄ copuletur s̄m operationem. Sed hoc diximus esse contra intētionem Auerrois fortissimis argumentis, ideo nunc dicimus ꝙ copulatio nālis duplex est, una qua intell's est ita aptus esse huius hois, ꝙ non equi, & hic homo aptus est esse intellui tali nobile uel organum, ꝙ non intellui lunę & hæc copulatio est naturalis, q̄m nulla potest reddi cā, nisi naturæ horum, & hanc consueuit Auerrois appellare copulationem in potentiā, ut in. 5. com. ubi distinguit quot modis puer intelligere potest & hoc quidem mo-

do intellectio nõ est causa copulationis. Altera est copulatio nalis, quæ fit propter ,ppões, qm̃ ꝙ cito homo incipit esse, incipit particulariter habere ,ppões primas. ergo incipit sibi continuari intell's ẽm illa, & hæc dr̃ naturalis ẽm Auerroim, qm̃ uoluntas non habet introitum in acquisitione earum. nescimus n. vnde & quo & ex q̃bus oriantur nobis: & hoc Auerrois inquit in. 1. auscult. physicę, com. 5. in calce d signum eius ꝙ commune est notius apud nos naturaliter ꝙ ,ppriũ est, quia videm⁹ cõphẽsionem cõem p̃cedere tempore in ĩfantibus, ,priam compræhẽsionem cuius exemplum ponit uide, sicut ergo termini simplices primi simpl'r p̃concipiuntur ita & ,ppões primæ, & ideo unio per has dr̃ per nãm, et .2. physi com. 59. dicit Auerrois ꝙ infantes non habent cognitionẽ, & loquitur de cognitione rerum habita ab eis per uoluntatem, qm̃ loquitur de ,pposito, ut patet in textu. Copulatio autem acquisita est illa qua acquiritur intell's nobis per intellecta speculatiua acquisita uolũtate, cuiusmodi sunt conclusiones quæ dicuntur intell's speculatiuus, quę copulatio est propterea: quia idem intell'm est forma intell's materialis, & cogitatiuæ humanæ illius quidem ẽm esse ultimo abstractum, huius autem ẽm esse medium Hinc uerificatur qualiter prior ẽ cognitio ꝙ copulatio intell's potentiæ, prior enim est cognitio indiuidui per cogitatiuam, q̃ copulatio, illa. n. cogitatio aliqua est cognitio, non tamen prior est copulatio intellectus, ꝙ cognitio v'lium, ĩmo simul, & sic sermo Auerrois non est contra hoc. Quid igitur sit tertius modus copulationis his patet.

*In quo declaratur quartus modus copulationis. Cap. 50.*

QVartus uero modus copulationis ẽ intellectus agentis nobiscum, & hoc fit uel quia continuatur nobis per naturam, uel per uolũtatem, sicut diximus in copulatione pot's nobiscum, est autem copulatio intell's materialis prior in uobis, quã illa agentis ut Simplicius Themistius Alexand. & Auerrois sensere, licet copulatio agentis nobiscum sit prior ẽm naturam. Sed ambiges uoluntas est cã copulationis, uoluntas nõ est causa copulationis, nisi sit ĩ nobis. ergo uolũtas prius est in nobis quam intell's illi sint copulati, sed uolũtas est uel intell's uel illius uirtus. ergo intellectus prius inerit nobis q̃ copulatus nobis. Dicimus ꝙ uoluntas sequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus, ut dicit Auerrois. 12 meta cõ. 39. & quia compræhensio duplex ẽ, s. v'lis & particularis, & ideo nos appetere possumus duobus appetitibus s. v'li, qui est forte intell's, ut ad ipsum sequitur electio uel confutatio, & appetitu particulari, q est cogitatiua, ut ad ipsam sequitur fuga uel prosecutio: & quia cognitio particularis in nobis est prima, ideo & uoluntas particularis prima uoluntas ergo particularis est causa acquisitionis v'lis, & per consequens intellectorum v'lium, & sic patet solu. Quid igitur sit quartus modus copulandi patet.

*In quo declaratur ultimus modus copulationis. Cap. 51.*

TAndem ad copulationis modum quintum & ultimum descendens dico ꝙ copulatio intentionis imaginatæ cum intellectu est sicut copulatio coloris cum uisu, sicut enim color comparatur uisui duobus modis in ratione agentis uisionem, & in ratione formæ intentionaliter perficientis uisum, sic intentio imaginata uno modo tantum comparatur intellectui. s. ut forma v'lr & abstracte perficiens intellectum, una enim met forma est materiæ organorum & intell's, modo diuerso. v. g color ẽm esse penitus naturale est forma parietis, ẽm esse simpl'r abstractum est forma intellectus, ẽm esse medium forma est sensitiuorum organorum, Sicut ergo in copulatione coloris cum uisu color fit uisus& non uidẽs ita in copulatione intentionis imaginatæ cum intellectu redditur illa intentio intellecta & non intelligens, econtra intellectus fit intelligens & non intellectus ab illa sicut uisus uidens, & non uisus ab illo. Hinc conducit ꝙ unamet res, est esse, intellectio sensatioq; diuersorum .v g. color parieti est esse, uisui uisio, intellectio uero intellectui in se.

AMPLIVS uerificatur quomodo intellectio vna numero est oĩum intellectuũ, Deus enim est intellectio omnium intellectuum, quia forma omnium intellectuũ intellectio quidem sibi per sui essentiam aliis uero per essentiam eius ergo deus est una numero intellectio omnibus intellectibus, quemadmodum una numero uisio oĩum uidentium hunc colorem numero, iste. n. color est uisio oĩbus hic præsentibus, ẽm eẽ spirituale; licet ẽm eẽ reale sit forma parietis, & tamen stat sortem desinere uidere, Platone adhuc uidene, ita stat deum semper intelligere se per essentiam ,ppriam, me desinente fœlicitari. His põt concludi modus ascensionis in fœlicitatem: ẽm Auer. in epistola de fœlicitate: puer ergo primo copulatur intellectis primis per cogitationem particularem primorum indiuiduorum. Vigorato intell'u ut dicit Auerrois uel exiccata humiditate acquirit intellecta. s. speculatiua. s. conclusiones, & sic acquirit agentem intellectum, & materialem illum, ut efficiens est intellectorum, hunc ut materia eorum, & cum ĩdiuidua sint in numero quodam actu pol'e est: ut acquirat totum intellectum speculatiuum, ergo totum intell'm potentię, & cum intellect⁹ agens sit forma intell's potentiæ, ergo acquiret intell'm agentem tanꝗ formam, erunt ergo duo subiecta apud Auerroim, quorum quodlibet a fœlicitate denominatur formal'r: unum propinquum. s. intell's potẽtiæ, aliud remotum, & est homo. ergo erit una numero fœlicitas, quæ uno instãti erit duorum forma, & sic duo denominata & una denoĩatio duo intelligentia forte, una numero tamen intellectio, duo fœlicia una numero tamẽ fœlicitas. Quæ ergo de copulatione dici possunt hæc & tot sunt, quibus patet sol. quartæ quæstionis.

*In quo inducuntur argumenta contra quintam quæstionem. Cap. 52.*

SApientes omnes existimarunt, ꝙ homo in hoc statu sicut Deus sit, ut Themistius asseuerauit, sed quæ cõtradicũt huic prouerbialiter dictum hæc sunt. primo qm̃ deus est simpl'r independens homo in statu depẽdet tribus modis ab ipso deo, ut dictum est. ergo non est tã quam deus. Amplius deo tota natura obedit, propter quod administratione sua oĩa reguntur ordine & cura, ut dr̃ in lib de mundo, sed fœlici natura non obedit, nec administratione sua mundus conseruatur. ergo fœlix nõ est tanq̃ deus. Adhuc deus non est nexus, in quo uniũtur sp̃ũalia cum corporalibus, sed hic homo nexus est spiritualium substantiarum, cum materialibus entibus, materialia enim entia ẽm eorum esse reale, non sunt abstractis nec deo copulabilia, sed secundum eorum esse spirituale, quod est esse intellectum speculatiuum, ut est medium hominis, quo dependet ab illis tribus modis. causæ. Et ideo tunc uniuntur materialia immaterialibus. Ergo &c.

*In quo persoluitur quæstio secundum quosdam. Cap. 53.*

DIxerunt quidam sapientissimi uiri, ꝙ quia multę sunt intelligentiæ separatæ, ideo multæ possunt esse copulationes erit ergo una copulatio, qua intellectus agens copulatur tantum, alia in qua agens copulatur, & intelligentia lunæ alia in qua copulatur intellectus agens intellectus lunæ, & intellectus Mercurij itaque usque in Deum, adeo ꝙ erit una copulatio, in qua erit copulatus primo intellectus agens, & deus, & omnes intellectus medij, tunc uolunt, ꝙ potentia huius hominis copulati sit tanta quanta est intelligentiæ sibi copulatæ, ut si fuerit sibi copulatus intellectus agens, potẽtia

tia huius hoīs erit tanta quanta intellēs agentis, & si fuerit copulatus intellēs lunæ ultra illum, potentia huius hominis erit æqualis eis in tãtum ꝙ si uni fœlici copulata sunt oīa abstracta, potẽtia eius erit tanta quanta oīum abstractorum Et sic iste homo erit potẽs commouere mõtes, generare aīalia, corrumpere illa, comburere castra: edificarẽ turres, transire per maria, & hæc & alie multa, quæ enumerant, sunt autem hi sumentes ab Auicenna in. 6. naturalium parte quarta, capitulo de dispõnibus uirtutum motiuarum & ꝓphetia, quę fit uirtutibus sensibilibus. Mouerũt autem Auicẽnam hæc primo, qm̄ plus obedit natura huic ꝙ suo contrario, sed oẽ suum contrarium põt in reliquum. ergo iste homo põt in quodlibet.

Adhuc tanta est potẽtia subiecti formati, quanta ẽ formæ, unumquodqꝫ.n. operatur sua forma, sed forma huius est omnipotens. ergo & iste erit omnipotens.

POSTREMO quæcũqꝫ cõstituunt unũ suntꝗ æquales uirtutis in eo, sed formæ superiores & iste homo constituunt beatum. ergo tanta erit potentia beati quanta constituentium, & hoc sentire vr̄ uerbum Auerrois in. 3. com. 36. quando inquit, & cum ita sit necesse est ut homo intelligat p intellectum sibi propriũ omnia entia & ut agat actione sibi propria in omnibus entibus, ecce propositum.

## *In quo ponitur uera mens Aristotel. & Auerrois. Cap. 54.*

sentiendi & mouendi in loco est continens sensitiuũ gradum, & sensitiua dicetur anima, prout deniq; est principium rationis & intellectus vt sic rationalis dicitur, huiusmodi ergo animæ in diuersis sunt formæ diuersæ, in eodem sunt partes seu gradus diuersi, harum partium quædam est rationalis per essentiam, vt intellectus, alia rationalis per participationem, qm̃ est rõnibus obediẽs ac assuefactibilis intellectui, vt sensitiua pars, irrõnalis autem penitus est vegetatiua pars, & hæc vt dicit Aristot. ad fœlicitatem capescendam nihil coadiuuat, & sic de hac nulla fiat narratio, loquimur enim tantum de eis q̃ fœlicitatis sunt capacia vt patebit, rõnalis ergo ex ea parte, qua habet rõnem exoritur, prudentia, solertia, sapientia, ingenium, memoria, & id genus alia, at ex ea parte, qua rõnalis est per obedientiam exoriuntur virtutes, vt temperantia, fortitudo, iustitia, mansuetudo, liberalitas, magnanimitas, magnificentia, grauitas, verecundia, vrbanitas, amicitia, veritas, æquitas, modestia, continẽtia, & alia huiusmodi. Post hoc accipiendum ea quæ in anima, sunt aũt ea quæ in aĩa procreantur vt dicit Arist. in libro primo magnorum moralium affectus, potẽtię, & habitus, affectus igitur sunt ira metus, odium, cupido, liuor, miseratio, talia comitari consueuere egritudo & voluptas, potentiæ aũt sunt facultates propriæ aĩæ, quibus affici dicimur, nempe vnde possumus excandescere, egrescere, miserescere, & alia hmõi potentiæ dicuntur. At habitus sunt, vnde erga hæc habemus bene vel male, sicut ad excandescendum si aũt supra modum ira cunde male in ira habemus mediocriter itaq; habendo, vt neq; supra modum commoueamur, neq; prorsus simus ĩcommouibiles, tum si ita habemus recte affecti sumus, & sic in alĳs dicatur. Differunt aũt hæc, qm̃ potentiæ sunt facultates consequentes nãm aĩæ a principĳs ꝓcreationis, neq; nobis acquiruntur, affectus autẽ sunt in coniuncto appetitu.i. composito corporali, habitus aũt sunt dispositiones fundatæ in appetitu sensitiuo vt est aĩæ tm̃, erit ergo iste ordo. ex essentia pullulant potẽtię, ex potentĳs fluctuant in appetitu sensitiuo coniuncto affectus, ita ꝙ nec erunt appetitus tm̃, vt in essentia aĩæ fundatur, nec corporis tm̃, sed coniuncti, ex affectibus effluũt habitus, quorum subm̃ est appetitus, vt in essentia aĩæ eradicatur, ꝓpter qđ liquet post mortem remanere habitus non affectus, qm̃ post mortem remanent potentiæ, ergo appetitus sensitiuus & habitus sunt ĩ eo, ergo habitus, non aũt affectus cum sint coniuncti, vt dicit Aristot. Post hoc rursum accipiendum ꝙ & si rationalis aĩa possit exercere tres operationes specie diuersas, ẜm tres partes seu gradus, quos continet, hic est ordo ꝙ cum aĩa rõnalis operatur operatione propria vni gradui, v.g. circa sensualia, non põt operari operatione propria alteri gradui.s. circa intelligibilia. pp qđ cum rationalis aĩa intenditur in operatione sensuali est necessarium eam remitti in operatione intelligibili, & sic si habilitantur in operationibus sensualibus inhabilitabitur in operationibus intellectus, ita ꝙ ita idisponetur dispositione contraria sciæ ꝙ impedietur a speculatione, & hæc vocatur ab Arist. deordinatio intellectus, & casus eius ad sensitiuam partem, & hanc dispõnem habent nimis sensuales, isti n. pp maximos male habitus in appetitu sensitiuo acquisitos acquisierunt in parte rõnali ihabilitatem talem, qua non pñt speculari, & sic intellectus factus est affectu sensus, & impurificatus est ac totus cõuersus ad appetitum adeo ꝙ iste non eliget id qđ sequitur ex syllogismo practico, sed id ad qđ inclinat appetitus sensualis, & sic conuersa est aĩa rõnalis huius in nãm aĩæ bruti, adeo ꝙ istæ homo non amplius homo, sed brutũ dici meretur et hoc voluere dicere veteres, vt Pythagoras & Plato & Socrates, qñ dixere animã migrare de corpore in corpus, istud enim migrare non est nisi mistice dictum, intelligunt enim eam labi in appetitum sensualem ac conuerti in nãæ sensitiuæ aĩæ, vt inde non homo, sed brutũ fiat ille, cuius lapsus est huius animæ. Qđ si appetitus sensualis assuefiat tm̃ prosequi, quantũ dictat conclusio syllogismi practici, & acquirat habitũ fixum assuefactionis ad id, qui vocatur habitus obediẽtiæ, tunc appetitus ille erit penitus remissus in operatione propria, & totalr̃ in rationali parte acquiritur dispositio quæ vocatur solertia seu ingenium, & sic iste appetitus erit factus totalr̃ rõnalis, & amplius non distrahet rõnalem partem, immo conficiet ei magis, et sic hæc aĩa erit penitus rõnalis, & pure rõnalis, & homo formatus hac aĩa dicetur pure homo, & simplr̃ homo, & hoc modo patet quid sit rõnalis partis perturbatio seu casus, & quid rectificatio Et hunc modum dedit intelligere Socrates in suis verbis misticis, qñ dicit hoĩem quemlibet duos habere demones s. bonum et malum, per bonum enim rõnalem partem subaudit, quæ semper depræcatr̃ ad optima ẜm sui nãm, vt dicit Arist. 1. ethi. cap. 18. per malum aũt intelligit partem sensitiuam, quæ ẜm se magis inclinatur ad malum, tñ põt rectificari illa inclinatio & totalr̃ amoueri per vsum contrariorum, vt diximus.

Amplius verificatur id qđ trismegistus vaticinatur, cum dicit aĩam rõnalem particulari a septem demonibus, forte.n. per septem demones intelligit septem vitia mortalia, vitium enim superbiæ demonem figurat superbiæ, vitium auaritiæ, demonem auaritiæ, vitium luxuriæ: demonem luxuriæ, & sic de alĳs quæ vitia sunt corruptiones appetitus sensualis, quibus contrariatur rationi. quibusq; tantum prosequitur quantum appetit, & non quantum colligit ex syllogismo practico, & hęc vitia sunt quæ post mortem animam tristem reddunt, ẜm modum dicendum.

## *In quo explicatur primo perfectio partis rationalis apud Aristot. ut rationalis est in corpe uel in se.* Cap. 66.

AD hoc ergo vt intelligatur perfectio partis rationalis, prima oportet accipere ꝙ triplex est ĩtelligibile, quoddam cum tempore, quoddam cum continuo, quoddam ẜm sui nãm, intelligibile primum est duplr̃ vnum est ratio formæ sensilis in se acceptæ, quæ intelligitur abstractione facta ab intellectu, sicut est intellm̃ albi vel calidi, vel dulcis & aliorum, quæ sunt hmõi, et hoc dicitur intelligibile cum tempore ꝑ se.

Secundo modo sicut ratio canis, equi, lapidis, & huiusmodi quę intelliguntur per se, tamen quia concernũt mãm mobilem: ideo dicuntur intellecta cum tempore per accidens, quorum nullum est sensile: nisi per accñs, & hoc genus intelligibilium dicitur cum tempore qm̃ ratio diffinibilis concernit tempus, vt patet & scia quæ est de hoc genere est pħica & nãlis, et prima simplr, qm̃ accepta est cum sensu. Amplius intelligibile cum cõtinuo est duobus modis, vno modo, vt ratio continui: aut id qđ accipitur cum continuo: exemplum primi: vt quantitas: figura: numerus: motus: quies &c. acceptũ cum continuo est id qđ per accidens est imaginabile: vt homo: vel aĩal: vel filius: vel pater: vel aliud huiusmodi: quod accipitur per intellectum ad imaginationem reflexum: & hoc genus mathematicum intelligit. et mathematicam constituit scientiam: et hæc est cum imaginatione accepta: et sequens primam sicut imaginatio sensum: vt dicit Alpharabius. Rursum intelligibile secundum se est duobus modis, vno modo per accidens, & est id cuius principia sunt per se intelligibilia, ipsum tamen secundum se est in sensibilibus positum, vt est substantia naturalis, vt homo animal &c. propria enim & essentialia principia horum sunt tantũ intelligibilia, esse tamen habent in sensibilibus & imaginabilibus, & sic cum tempore & continuo. Aliud dicir̃ intelligibile per se, quod tam ẜm suæ quidditatis principia, quam ẜm esse est intelligibile, sicut Deus & intellectus, siue intelligentia cœlestis &c. Et hoc genus consti-

tuit metaphysicam & diuinam, & est post sensuum imaginationem, & pure in intelligibilibus consistens. His habitis dicendum est de perfectione animæ rationalis, vt rationalis, hoc est ſm gradum intellectiuum, anima igitur cum per sensus perficitur in intelligibilibus cum tempore, tunc acquirit intellectum naturalis scientiæ, & eleuatur ad intelligibile cum continuo, & cum per imaginationem perficitur intelligibilibus cum cõtinuo, tũc acquirit intellectum mathematicum, & eleuatur ad intelligibile metaphysicum, & cum per intellectum perficit ab intelligibilibus per se inquantum intelligibilia, tunc acquirit intellectum metaphysicum, & sic completur ĩtellectus speculatiuus, & ĩtellectus potentiæ per adeptionem huius totius adeo eleuabitur ac disponetur, vt fiat capax perfici ab infimo intellectu scilicet lunæ, & tunc sicut mediante intellectu speculatiuo eleuabitur in intellectum lunæ, sic mediantibus vtrisq; eleuatur in intellectum Mercurij, & perficitur ab illo, vt forma, adeo ꝙ ĩ tantum eleuabitur, ꝙ per omnes intellectus medios pficitur a primo & supremo intellectu, & ibi satiabitur appetitus intellectiuus, & intellectus in se, & hæc erit eleuatio intellectus seu rationalis animæ, et raptus & suprema eius ascensio fœlicitas & fortuna vt dicit Aristo. in libr. magnorum moralium vltimo, & nunc gradum apud Aristo. omnino acquirit in hoc statu, & qui non acquirit eum hic, impossibile est vt acquirat eum post mortẽ, & cum homo acquisierit eũ hic proculdubio post mortem retinebit eum, & confirmabit omnino, & hæc est beatitudo animæ, & munus philosophiæ. Et si quis obijciat ꝙ in anima rationali post mortem manent potentiæ vegetatiuæ & sensitiuæ, ergo per illas potest accipi huiusmodi fortuna.

DICENDVM ꝙ non sic remanent ꝙ possint reduci ad actum, sunt enim potentiæ organicæ, & ideo non veniunt in actus, nisi per organa, & quia tunc non potest esse resumptio organi ſm naturam, ideo remanent in vmbris & tenebris perpetuis ſm naturam; qui ergo non acquisierit fœlicitatem in hoc statu apud peripateticos, non acquiret eam post mortem; & hoc docuit Aristo in libro primo ethicæ.

EX his liquet conducere quid sit beatitudo animæ post mortem, ea enim beatitudo quæ fuit animæ dum corpori aderat remanet post mortem, ergo sicut in corpore fœlicitas erat Deus, vt compræhẽsio rationalis partis, per media exposita sæpe, ita post mortem fœlicitas erit Deus, vt compræhensio animæ hoc differens, quoniam post mortem superaddit securitatem in statu autẽ nemo ẽ ita firmus quin labi possit, ergo fœlicitas animæ post mortem est Deus, vt appræhensio firma & necessaria, impossibilis aliter se habere & ideo propriæ ibi anima stare dicitur, quia firmatur, hic autem viatrix appellatur, quoniam labilis adhuc est propter eius copulationem cum corpore Quid quidem igitur sit fortuna rationalis animæ, inquantum anima rationalis ſm partẽ intellectiuam, vt in corpore, & post corpus his patet.

## *In quo declaratur fœlicitas rationalis animę secundũ partem sensibilem.* Cap. 5.

ET cum diximus de fœlicitate partis rationalis, dicẽdum primo nunc de fœlicitate partis sensitiuæ, sensitiua igitur pars diuiditur per appetitũ et sensum, differunt autem hæc ratione solum, vt alibi diximus, iõ insimul de eis dicimus ꝙ cum appetitus sensitiuus rectificabitur per habitus virtutum omnium prædictorum, tunc acquiret dispositiones similes formis, adeo ꝙ sicut formæ immerguntur in essentia materiæ, sic illæ dispositiones tangunt essentiam partis sensitiuæ hoc est appetitus sensitiui per se, & ob eas in tantum appetitus ille rectificabitur ꝙ erit vis eius vis rationis, quoniam tantũ operabitur quantum concludit syllogismus practicus demonstratiuus, & sic ex affectibus generabuntur habitus, ex habitibus perficientur potentiæ appetitiuę, quibus perfectis, tota pars sensualis conuertetur ad intellectum, & sic vis totius animæ rationalis erit vis ĩtellectiua, ergo fœlicitas sensitiuæ partis erit operatio eius circa affectus, ſm dictamen rationis practicæ, per dispositionem virtutum detentarum, ita ꝙ formaliter fœlicitas nõ erit virtus, nec affectus, nec potentia, sed actus potentię, ita ꝙ sicut in fœlicitate intellectus præexigebatur intellectus speculatiuus, ita in fœlicitate sensitiuæ partis exigitur habitus virtuti:, & sicut rationalis pars per ĩtellectũ speculatiuum decenter copulabitur Deo, ita sensitiua ps per habitũ virtutis copulabitur intellectui, & illius operatio, & hæc copulatio est vera fœlicitas appetitus, sic enim comparatur intellectiua pars sensitiuæ, sicut Deus rationali parti, ergo sicut Deus, vt compræhẽsio, est fœlicitas rationalis, sic intellectus, vt regula, est fœlicitas appetitus sensitiui.

EX his conducitur medium totale ad copulationẽ fœlicem, cum enim in parte appetitus sensitiui habitus virtutum figantur sensitiuus appetitus copulabitur intellectui, & sic ex eis fiet vna facultas adeo ꝙ illa copulatio reddet eas vnam vim, & hæc est prima copulatio.

Secunda copulatio est, qua tota hæc pars copulabit intellectui speculatiuo, & hæc est secundus ascensus.

Tertia copulatio est in qua illamet pars mediante ĩtellectu speculatiuo copulatur intellectui lunæ, & hæc erit tertius ascensus. Quarta copulatio est in qua illam & pars copulatur intellectui Mercurij, mediantibus illis duobus, & est quartus gradus &c. & sic successiuæ vsq; in Deum.

AMPLIVS conducitur ꝙ qui non acquirit totum hoc in statu præsenti, non acquiret id in statu alio, per rationes dictas, & qui acquisierit hãc fortunam hic, proculdubio detinebit eam post mortem, & hæc est totalis animæ rationalis quies, & fœlicitas, differens tamẽ ab illa dum erat in corpore per superadditionem securitatis. Quid igitur sit totalis animæ rationalis fœlicitas patet.

## *In quo declaratur miseria utriusque partis.* Cap. 67.

FAcile est modo ex his declarare animæ rationalis miseriam post mortem, quã vulgus appellat animæ rationalis damnationem, cum enim pars sensitiua intensa fuerit in affectibus sibi proprijs, rationalis pars remittetur in operatione propria, & cum pars sensitiua habituabitur in eis, rationalis pars habituabitur in actu opposito scientiæ, hæc est in ignorantia, & cũ pars sensitiua, tantum operatur quantum appetit, rationalis anima tota erit conuersa ad gradum sensitiuum, & cum tota erit conuersa ad gradum sensitiuum tota anima rationalis erit pure sensualis, ita ꝙ vis intellectus erit facta vis sensus, & sic erit ita in affectu sensualis, sicut anima bruti, & cum anima rationalis erit penitus ad brutalitatem conuersa amplius non erit capax recipere Deum, vt compræhensio & forma, sicut nec brutalis anima potest copulari Deo, & sic remanebit anima in ignorantia Dei, & hæc est tenebra & obscuritas perpetua, & quia anima retinet post mortem omnes habitus qui radicantur in eius essentia, radicantur autem habitus sequentes affectus malos, ideo post mortem anima remanebit ita brutalis, sicut primo, ergo sicut dum erat in corpore, intellectus erat conuersus ad sensum, & tota erat penitus brutalis, sic post mortem anima erit pure brutalis habens intellectum conuersum ad sensum, sicut in corpore erat priuata intellectione fœlici, ita post mortem, & hæc priuatio vocatur orbis tenebrosus. Amplius post mortem anima patitur incendium maximum, cum .n. in ea remaneant passionum ac affectuum

habitus, proculdubio illi in ea intẽdunt desideria ad delectabilia, et cum sit a delectabilibus separata, proculdubio incidit in tristitiam maximam, hoc modo, quo etiã causa tristitiæ magnæ causa est incontinenti ꝙ a delectabilibus separetur, ita ꝙ tales quasi vri videntur ex delectabilium subtractione, & hoc vocatur incendium animarum, & quia huiusmodi anima intellectum conuersum habet ad sensum, non accipit vera lumina ĩtellectualium, sed potius vmbras temporalium et imaginabiliũ, quæ propter sui permistionem cum potentia, materia, & priuatione, non cognoscuntur, nisi hic & nunc, & iõ post mortem non sunt in anima, nisi vmbræ horum cognoscibilium, in quibus vmbris remanent post tenebrę intellectualis naturę. Dubitabit autem fortasse aliquis.d. ꝙ animæ exutæ a corporibus huiusmodi desiderijs nõ subiacent, eo ꝙ, ad corpus huiusmodi referũtur delectabilia, quibus tunc carent. Respondent antiqui, vt Archelaus, Concina, & Isaac, ꝙ non corporum delectationes manent, sed potius illis similes, hoc est non manent affectus, sed habitus affectuum, sicut in artifice carente materia & instrumentis manent habitus, & formæ similes his quæ per instrumenta exercuerũt, cum igitur anima sit vniuersaliter perfectio corporis, vt motor, & per potentias substantiales & naturales moueat corpus, remaneant in ea & in potentijs eius habitus & passiones inclinantes ad motus corporis, sicut manet ĩ nauta imaginatio nauis, etiam postquam a naui separatur, & hoc pacto post mortem desiderat cõsimilia mouere, & hoc desiderio tenetur adeo ꝙ in tristitiã perpetuam submergitur, cum hæc dispositio deleri non possit post mortẽ, cum careat corpore, in quo possit exercere contrarium, & remoueri ab hac dispositione, erit ergo infelicitas animæ tristis ẜm partem rationalem, priuatio intelligibiliũ luminum, vmbratio tẽporalium. Miseria vero eius ẜm partem sensitiuam erit desiderium in voluptates interminabile & prohibitio a speculatione perpetua, & in remouibilis. Et hoc Aristoteles in libro de natura deorũ dixit, sic loquens ꝙ, Socrates, cui inter omnes mortales maxima cum Dijs immortalibus fuisset communio factus est diuinus diuina in singulis colligendi immortalibus adeptus medium, qđ sapiens per sapientiæ rationẽ determinauit, hoc enim diuinum & perpetuum, intellectiuam autem rationem rectam etiam stabilibus & ĩtelligibilibus & sapientiæ subiectis & factibilibus per artẽ & eligibilibus per voluntatem & sapientiam in heroicis, & mensuram omnem adeptus est mentis, quæ oĩa diuina sunt & perpetuas et inconcussas habentia rõnes, & virtutes, & essentias, in diuinis autem sibi quantum possibile fuit adeptus est lucẽ & delectationem diuinã, ex qbus diuinus effectus, vt tradit Plato, fœlix viuit ẜm intellectum, eo ꝙ mortale fuit in ipso depositum, & sic patet per hæc apud Aristo. quid sit fœlicitas, quid miseria declarat, econtra autem his quibus nulla est cura pulchritudinis, id qđ diuinum est ĩ ipsis conuertunt ad sensum, & rationẽ & lumen mentis extinguũt in nota brutalitatis, & tota brutalitate in eis per passionum excellentia corrupta, cum animæ ipsorum resoluuntur a corpore remanent in eis desideria passionum & tristitiæ, quæ a passionum insecutione sunt præcisæ, & in hac tristitia & desiderio destitutæ tristes manent in æternum, eo ꝙ intellectuale ipsorum nõ illuminatum, neq; vigoratum ĩ corpore post mortem nullius bonitatis est susceptiuũ. Et hoc Plotinus affirmat in libello suo de differentijs virtutem, ecce igitur quid sit fœlicitas animæ, & quid miseria apud peripateticos. Huius proculdubio sententię Plato videtur, licet differat aliqualiter ĩ phedone & gorgia asseuerat in anima separata habitus morum, tam bonos q̃ malos remanere, ratiocinatur autem, eo quia dicitur habitum in naturam ita conuerti, vt talis ab illo q̃lis a natura proueniat inclinatio, qđ maxime impletur in animis ab hac mutabilitate seiunctis. Amplius in phedro inquit animas quæ ex lactea emerserint aqua altius euolare, vbiq; primo cœlestẽ vna cum aliis cœlestibus, deinde supercœlestem cum supercœlestibus circuitum agere, scilicet ordine, vt aliæ cum aliis ibi numinibus circumuagentur circuitusq; huiusmodi alternis vicibus repetant. In quibus verbis tria tangit, primo ascensum animę post mortem in proprias stellas, cum quibus vel natura vel habitu magis familiares sunt, & hoc tãgit cum dicit (cœlestem vna cum aliis cœlestibus.) Secundo tangit copulationem eius in qua fœlicitatur cum dicit (deinde supercœlestem cum supercœlestibus) id est itelligẽtiis. Tertio tangit proprium modum quem retinebit post cum dicit (circuitum ager) remanebit enim ipsa sub dispositione circulari, & hoc pacto anima fœlix erit.

Hoc idem tradit in libro de regno, sensit ĩ suis verbis figuratis qđ planius in sympósio dicit purgatas animas inquit, quæ diuinam præ cæteris pulchritudinem amauerunt, tandem in ipsum diuinę pulchritudinis pelagus sese prorsus immergere diuinosq; ibi liquores non tãtũ bibere, sed etiam in alios iam ex seipsis effundere. Et in Epinomide inquit, animum purgatissimum, omni tũ mutabilitate firmata, tum multiplicitate collecta, sese si ĩ propriam vnitatem in vnitatem intellectu superiorem omnino conferre, per quæ hanc in vnitatem diuinam ĩtelligibili mundo superiorem iam transferre, Deoq; potius viuere q̃ seipso, cui certæ mira quadam super intelligentiam ratione sit coniunctus, et hinc id poetarum dicentium animas ambrosia & nectare vesci, per ambrosiam intelligentes sunt diuinæ veritatis intuitum, per nectar excellentem & facilem illius prouidentiam, vel forte per ambrosiam amorem intelligunt, per nectar intellectum, vt patuit. Quæ quidem igitur sit fœlicitas animæ post mortem, & quæ tristitia, & quid sentiat Arist. & quid Plato his perspicuum.

## *In quo mouentur duę quæstiones & persoluitur prima.* Cap. 68.

DVÆ emergunt quæstiones difficiles, prima si pro actu fœlici requiritur adeptio intellectus speculatiui, & habituum moralium tunc mulieres non possunt fœlicitari, vel sola perfectio per habitus virtutum prodesset. Et qđ auget quæstionem est, quoniam animæ puerorum, qui in pueritia moriuntur, vel ante exitum ab vtero, vel post parum nec essent fœlices quoniam nec ĩtellectum speculatiuum, nec perfectionẽ moralem adepti sunt. Secunda quæstio est, quoniam cum anima post mortem, diffinitiuæ vel ẜm operationẽ debeat in aliquo loco assistere, quis est locus suæ habitationis post mortem. Ad primam quidem quęstionẽ non puto esse respondendum, ẜm veritatem fidei, quoniam in ea nulla est ambiguitas, tantum enim quid peripatetici sensere hic scribimus, qđ enim fide credimus nõ disputamus, dicerent ergo peripatetici ꝙ sicut colores non fiunt colores a præsentia luminis, ita nec intellectus potentię, redditur capax appręhensionis Dei, per lumẽ intellectus speculatiui, est enim intellectus non minus ĩtellectus absq; intellectu speculatiuo, verum sicut colores per lumen redduntur promptiores in mouẽdo Diaphanum & visum sic ratiõalis anima redditur prõprior ad copulationem cum prima substantia, per intellectũ speculatiuum. Et ex his sequitur ꝙ medium simpliciter necessarium in copulatione est copulatio sensitiuæ partis cum intellectu, hac enim præcedente rationalis anima est sicut tabula rasa respectu copulationis, cum abstractis, quoniam erit disposita per remotionem cõtrariorum, sed si intellectus speculatiuus præcesserit erit dispositio duplex priuatiua & positiua, et sic copulatio erit maior & p̃stabilior. Et hinc patet qualiter mulieres apud peripateticos minus fœlicitatis participãt, q̃ viri, sicut .n. dispositio viri erit maior, ita & copulatio, & sicut copulatio maior sic & comp̃hẽsio, ergo et fœlicitas.

Quod additur de pueris Arist. persoluit in ethicis nullus enim potest dici fœlix post mortem, qui in vita nō fuerit, modo dicit ꝙ puer & brutum non sunt capacia fœlicitatis, dicerent ergo ꝙ cum puer non acquisierit in modico vitæ conuersionem sensitiuæ partis ad intellectum, quæ est fœlicitas sensitiui appetitus, nec conuersionem intellectus ad sensum, quæ est miseria rationalis partis, proculdubio non potest fœlicitari, nec infœlicitari, sed erit in medio orbis miseriæ et fœlicitatis, quē orbē religio nostra Christiana tetigit non præcedente baptismate. Anima ergo pueri cum sensuum appetitum conuersum non habeat ad rationalem gradum capax non est fœlicitatis, cum nec habeat intellectum cōuersum ad sensum, a superabundantibus desiderijs affectuum non tenetur, & sic nec capax fiet tristitiæ, erit ergo in dispositione media vtriusq; &c.

## *In quo persoluitur secunda quæstio.*

## *Cap. 69.*

HViusmodi secunda quæstio non multum absoluta inuenitur in verbis Aristo. possumus tamē respondere ſm Platonem, Speusippum, & Socratem, accipiendo primo ꝙ motores orbium quos Deos, vocat Plato sint ī stellis potius ꝙ̄ alia parte orbis, eo ꝙ ipse stellas & non orbes moueri opinatus est, sicut dixerunt omnes illius temporis & Ægyptij & Chaldei philosophi. Secundo accipiendum stellam posse dici animæ hominum comparem dupliciter, naturaliter & ex acquisitiōe. dicitur quidem illa stella compar a cuius motore semen primi intellectus in animam hominis transmissum est (quāuis plures stellæ vnam faciant constellationem, & omnes stellæ fixæ & erraticæ ad qualibet respiciant natiuitatem, eo ꝙ cuilibet natiuitati circulus. 12. domorum contineat circulos, in quibus omnes cœli partes stellarum sunt,) tamen vna tantum principatur in eis, & illius motor per influentiam luminis intellectualis in animam spargit intelligibilia semina sibi proportionata, propter quod vnus filijs dicitur Iouis, alius Saturni, alius Martis sicut Paris dicebatur esse Veneris, & Hector Martis, Priamus Iouis proles dicitur etiam. Ergo paritas stellæ cum anima hominis his patet, est. n. ea stella compar cuius motor in nato semina dat vitæ et intellectus in circulo natiuitatis, qui conficitur ex. 12. circulis. 12. signorum. Ex acquisitione vero stella dicitur compar animæ, quæ in habitu operationis eius mouendi, cogitandi & operandi par reperitur, quemadmodū assuetus in operationibus Mercurij fit habituatus habitu consimili ad dispositiones Mercurii, & hinc stella fit par illi per huiusmodi habitus, possunt ergo istæ paritates probari quatuor præcipuis rationibus quas dimittimus breuitatis causa pro nunc

HIS habitis dicendum est, ꝙ anima post mortem redit ad stellam parem, hac duplici paritate, naturali scilicet & acquisita. Sicut ergo in resolutione misti elementa grauia & leuia ad suas reuertuntur origines, sic & ipsum fenus, quod creditum est, idus deorum reducitur ī suam originem stellæ paris, erit ergo animus habitu motus ī suam parem stellam sicut natura mouetur formis, quod quidem patet ī his, qui postquam artis habitum contraxerunt sine consilio & attentione, vt natura solet quasi naturaliter operantur. Locus ergo appropriatus animæ beatæ erit stella par ei paritate naturali, & illi ex arte acquisita, sicut enim corpus fuit subiectum illius ex paritate armoniæ & meriti (adeo ꝙ ita erat vnius corporis ꝙ non alterius) sic locus conueniens suæ substantiæ post mortem erit stella ei par, & hoc Plato inquit, anima ad illud confugit astrum atq; numen, cui viuendo se similem reddidit, & sic patet sol. secundæ quæstionis.

## *In quo soluuntur argumenta ad oppositum.*

## *Cap. 70.*

HIS habitis facile est soluere argumenta in capitulo primo inducta Ad primum dici potest ꝙ mortui possunt considerari dupliciter apud Arist. Monastice, & Politice, primo modo homo mortuus est anima tantum, & sic nihil est nobis sed sibi tantum. Politicæ est coniunctum ſm esse quod habet in ordine ad nos, primo modo non potest mutari fœlicitas, sed bene secundo modo, & sic loquitur Aristot & maxime, cum Arist. ibi non affirmet mortuos nullum esse habere reale, nec ipsis solum inesse fragile quoddam bonum aut malum, sed solum affirmauit opera viuorum parum eis conferre, intelligendo parum quia non possunt de non fœlici facere fœlicem, vel econtra, hæc autē dicta non tollunt, immo potius innuunt æternam fœlicitatem & sic soluuntur alia duo argumenta ex aliis verbis accepta.

AD quartum loquitur Aristot. de scientia in fieri, et non in acquisito esse, phantasmata enim respectu intellectus sunt similia sensilibus, quoniam sicut non possunt fieri sensus sine sensilibus, sic nec scientię sine phantasmatibus, sed in facto non sunt necessaria.

AD quintum sumptum ex aliis verbis soluitur per hoc ꝙ post mortem non reminiscimur memoria sensitiua, cum corrumpatur organum illius, sed ꝙ nō retineat habitus scientiæ non dicit Arist Quod autem dicit Aristot. animam nihil intelligere sine intellectu passiuo, concedi potest per modum reminiscentiæ, quin tamen aliter intelligat non oportet ex dictis Arist. inferre.

AD sextum omnes passiones animæ esse cum corpore vult Aristot. donec non sint habitus, sed postquā ex affectibus fiunt habitus, tūc omnes operationes possunt fieri immediate ab anima propter perfectionem illius, præter passiones organicas vt diximus.

AD septimum dicendum ꝙ locus conueniens animæ est stella par ad quam non mouetur motu processiuo, sed motu discreto. modo Arist. arguit contra Pithagoram de motu continuo, & maxime cum Pithagoras velit animas esse corpus. Item patet quis est locus congruens suæ substantiæ post mortem, est enim stella par locus suæ operatiōis, sicus corpus suæ acquisitionis &c.

AD octauum dicendum, esse illam post mortem vnius speciei cum operatione in vita, & dico ꝙ illa operatio in vita est per conuersionem ad phantasmata per accidens & donec conuersa fuerit in habitum, sed post erit & in ipso corpore, & post possibilis sine phantasmatæ.

AD nonum dicendum, ꝙ complementum animæ fuit perfectio accidentalis in philosophia morali & intellectu speculatiuo, tamen substantialiter est ita post mortem, sicut ante, & ideo post mortem non appetit amplius vniri corpori, cum complementum acceperit.

AD decimum iam patet sol. sicut enim corpus ita fuit huius animæ, & non alterius per accommodatiōes ex stellis paribus, sic phantasmata huius corporis possunt mouere partem sensitiuam huius et non alterius, et hinc possunt esse perficientia hunc intellectum & non alium, & de hoc satis. Quęcunq; de fœlicitate sensere peripatetici hæc & tot sunt Id ergo quod accepimus a philosophis est animam rationalem perpetuam esse ac post mortem fœlicitari & tristari fœlicitate & tristitia æternis, & hoc potuerunt vaticinari philosophi. Sed Christiana nostra religio multa addit in huiusmodi philosophorum sententiam quæ nos credimus ex testimonio prophetarum, & ideo tantum volumus esse assertū in hoc & in aliis nostris libris quantum Christiana præcipit religio, tantumq; asseueramus quantum verba prophetarum enuntiant, ego enim credo hic aliquid boni fecisse, declaraui n. multa, quæ prius occulta fuerant.

# AVGVSTINI NIPHI SVSSANI MEdices de dæmonibus Liber primus.

## *In quo narratur intentio libri, & genus demonstrationis, quo procedetur in eo, & utilitas intentionis. Capitulum primum.*



DVBITATVM quidē est maxime in schola philosophorum circa dæmones, primo an sint, secundo quid sint tertio quales sint, quarto propter quid sint, maxime enim hęc ambigua sunt, tum propter philosophorū fundamenta, quorum quidam eos negare coguntur, & saluant apparentias alio modo. Alii eos saluare enitūtur ac ponere eos cogūtur, tum propter differentiam auctorum in eis, tum propter eorum naturas occultas, & propter alias causas. Est autem pertractatio hæc, & appetibilis, & honorabilis, & admirabilis, appetibilis quidem, quoniam tanta est scire animarum nostrarum cupiditas, vt quales sint post mortem, & cum quibus habitent, vt quasi nihil vlterius expetibilius sit, honorabilis vero, quoniam pertractatio sumit originem ac honorem ex materia, circa quam versatur, ut sapientes dicunt, & quoniam dæmon (vtcunque sit) substātia est diuina, ac summæ nobilis, proculdubio & pertractatio hæc honorabilis habet, est & præterea admirabilis, admirabile nanque id esse philosophi enarrant, cuius causæ sunt occultæ, ac nos latent, modo cuius nam causæ latentiores sint horum causis, pertractantes autem de his, tantum secundum naturales rationes & causas physicas dicemus, quoniam quid theologi sentiant perspicuum est, nec in illo est ambiguitas, solum ergo per causas naturales & demonstrationes signi de eis dicemus, demonstratio autem propter quid uel simpliciter hic prætermittuntur, sed quemadmodum Astrologi per apparentias procedunt in pertractatu de eccentricis, et epiciclis, primo an sint, secūdo quid sint, tertio qualia sint: quarto propter quid sint. Sic & nos per confessa & apparentia communia hæc declarabimus. Quæ quidem sit intentio, quodque genus demonstrationis in hoc tractatu, & vtilitas intentionis perspicuum.

## *In quo declaratur conuenientia & differentia inter methodum Astrologorum, & nostram, qua vtemur in hoc libro. Cap. 2.*



DIfferunt autem methodus astrologorum circa inuentionem epiciclorum: & eccentricorum, & methodus nostra circa hos, primo, quoniam medium in methodo astrologorum est signum commune omnibus, astrologus nanque considerans eleuationē astri, ac depressionem eiusdem cōcludit epiciclum esse aut eccentricum, est autem eleuatio & depressio apparentia & signum commune omnibus perscrutatoribus, quicunque enim artem habet astrolabicam facile eos inuenire potest. Amplius astrologus considerās motum octaui orbis in 100. annis gradu vno fieri, secundum Ptolemæum, uel plus secundum Thebit, conclusit nonum orbem: & secundum Thebit. decimo motus autem iste est omnibus communis, ac ab omnibus considerabilis, methodus autem nostra esse non potest talis, quoniam apparentia qua cōcludimus dæmonem eē. non potest esse omnibus communis, si enim quis viderit p magicam artem effectum quēdam, quem ad causam naturalem reducere non potest, hic cōcludit dæmonem eē quēadmodum monachus ille, qui vidit se in vna hora adesse in duabus ciuitatibus remotissimis, hic enim effectus reducitur in operationem dæmonis, & tamen hæc apparētia vl signum nō est omnibus commune, nō enim quilibet pōt perscrutari istud, quoniam non accidit omnibus hominibus, non enim quilibet est aptus ad tales operationes habendas, sed ex principiis generationis quilibet ducitur ad capacitatem talis scientiæ, erit ergo harum methodorum conuenientia, & dr̄ia, cōueniētia quidem, quoniam vtreq; sunt per signa & apparentias, quæ sunt operationes & effectus subiectorum, quæ concludūtur esse, astrologus.n. per operationem seu effectum stellæ concludit illam esse ac eius orbes, nos autem per effectum seu operationem dæmonis dabimus illos esse differunt vero, quoniam signū astrologi est omnibus commune, ac ab omnibus possibile attingi: nostrum uero est proprium vni generi hominum, & de vno genere, vni modo illius generis, & de modo illo, vni indiuiduo illius modi, ut dicemus. Et cum hæc sint proculdubio perspicuum primo est methodum astronomorum esse doctrinalem quoniam methodus doctrinalis non tantum est, quæ aliqua regula dialectica procedit sed quæ p cōfessa omnibus, vel actu, vel possibilia concedi ab omnibus, nostra autem methodus erit quidem necessaria ex hypothesi nō tamen doctrinalis, quoniam nō per medium commune omnibus, nō enim potest medium illud esse omnibus commune (vt dictum est, & dicetur) sed vni generi hominum, immo vni modo, & vni indiuiduo illius modi. Secūdo perspicuum methodum nostram non esse simplr demonstratiuā, qm̄ est mista credulitati, quod enim perspicuum est videnti, ceco est credibile, & sic est partim demonstrabile partim credibile, demonstrabile quidem videnti, credibile vero, ceco, qui non percipit colores, quos percipit videns, qui ergo videt effectum aliquem, quem reducere non potest nisi ad dæmonem, hic syllogizans ex tali effectu demonstrat sibi esse dæmonem demonstratione: quia. Alius aūt qui hæc non videt demonstrat demonstratione quia, ex hypothesi accepta ab experto ergo vna demōstratio met potest esse ex hypothesi & ex natura sua absoluta, nō quidem in se, sed respectu diuerso. Ad hunc quidem erit demonstratio absoluta, ad alterum vero ex hypothesi. Amplius vnam et methodus potest vni esse demonstratio: alteri fides, quemadmodum theologi dicunt, deum esse trinum & vnum, beato forte est demonstrabile quoddam, immo actu demonstratum, uiatori autem est fides. Quomodo quidem igitur differūt methodi hæ, & quales sint perspicuum.

## *In quo inducuntur ea quæ dant dæmones non esse. Cap. 3*

PLurima argumenta dant dæmones non esse, primo quoniam vel essent accidentia, vel substātia, & q̄ nō sint accidens, perspicuum est, & si substātia, vel materia, vel forma, vel compositum, materia quidem non, vt omnibus palam est, forma autem minime, quoniam oīs forma actus est materiæ, eductus de potentia illius, quales forte non sunt dæmones, & per idem nec compositum. omne enim cōpositum est generabile & corruptibile vt Auerrois dicit. 12. primæ philosophiæ cō. 39. Amplius si substantia, uel æterna vel generabilis, si æterna, uel corpus, vel virtus extra corpus, & si corpus, ergo est cœlū, vel cœlestes erunt. Demonstratum est enim in naturali

philosophia: solum cœlum esse corpus æternum, & si virtus extra corpus. ergo est aliqua intelligentiarum, & sic mouebunt stellas, dictum est in duodecimo primæ philosophiæ & in libro de cœlo, nullam esse formam extra corpus, quæ non moueat aliquam stellam, & q numerus talium est secundum numerum orbium. Adhuc si sunt, vel viuent vel non, siquidem viuent, vel intellectu, uel sensu, vel nutritione, si intellectu, omnis intellectus apud peripateticos est actus & perfectio alicuius, modo cuius corporis dæmon est actus, reliqua dici non possunt.

RVRSVM si sunt frustra sunt, quoniam nec ad decorē vniuersi, satis enim erūt intellectus stellarum pro decore tali, nec pro operationibus rerum perficiendis, quoniam satis sunt causæ secundæ & corpus cœleste, sol enim & homo generant hominem, vt Aristo. dicit. Præterea si sunt vel mali vel boni, & mali quidem esse non possunt, in natura enim separata non est peccatum vt Aristo. tradit in. 9 philosophiæ primæ, & huius causam tradit in libro ethicorum, quoniam peccatum est ex victoria sensitiui appetitus supra rationalem partem, modo in dæmone non est sensitiuus appetitus. Adhuc dæmon est rationalis per essentiam, ergo in eo nō potest accidere peccatum, & proculdubio a philosophis non creditur eos eē malos, de quo postea dicetur, si autem sunt boni, ergo erunt intellectus separati, & mouebunt stellas, iterum si sunt, vel operabuntur operatione æterna uel noua, si æterna, nulla est operatio æterna nisi motus cœli, ut dicunt sapientes, & si noua. ergo & essentia eorum erit noua. Item dubitatio est de loco eorum: & habitatione eorum, similiter de motu eorum, quomodo mouentur, & an quiescant, & de consortio & amicitia eorum inter se, & nobiscum, & multa alia, quæ suo loco dicentur. Quæ quidem igitur dant dæmones non esse, hæc sunt.

### *In quo declaratur positio attributa peripateticis.* *Cap. 4.*

PRopter hęc (vt mihi uidetur) omnes, qui iuxta fundamenta peripateticorum locuti sunt, sensere tales spiritus (quos vulgus dæmones nuncupat) Teratismata esse quædam, ac figmenta, quæ sapientes finxere primitus, ob populorum & rudium hominum gubernationem: quoniam (vt Auerro. narrat in epistola quadam de resurrectione) rudes non possunt regi ratione, nec persuasione, ideo præ timore reguntur, cum enim animas cruciari a dæmonibus audiunt timēdo, vt Auerroes inquit, virtutes assequi enituntur. hæc peripatetici.

### *Exponit quomodo intelligitur positio prædicta. & narrat primam positionem.* *Capitu. quintum.*

ET vt altius repetam peripateticorum opiniones secari solent, quoniam vel dabitur animarum multitudo secundum corpora, & earum immortalitas, (vt est rei veritas) vel dabitur multitudo animarum, & vnitas intellectus, & corruptio animarum & interitus ac perpetuitas intellectus: quemadmodum magna pars peripateticorum consentit, cuius fautor maximus est Auerrois. hinc emergunt duæ hæreses in schola peripateticorum, licet conueniant, & differunt, conueniunt quidem, quoniam præter motores cœlorū: & rationales animas, nullam ponunt naturam mediam, ut platonici sensere, de quibus post dicendum. Rursum secundo conueniunt, quoniam spiritus, quos tota græcia dæmones, latini sci os nūcupāt, aliquid veritatis describunt. Differunt vero, quoniam ponentes animarum multitudinem, & earum perpetuitatem, aiunt nostras animas hac uita iam functas in aliamq; translatas, dæmones, esse non quidem quaslibet, sed eas tantum, quæ vitiorum affectibus sunt plenæ, quæ vero virtutibus habitibusq; perfectis sunt imbutæ intellectus (qui uulgari nomine angeli dicuntur,) fieri dicunt post corporis separationem, & hoc pacto animæ hæ demones nuncupantur, non quidem a scientia earum, sed a dimenin qđ latine terrere significat, sunt enim ita uitiorum affectibus ad materiam, & turpitudinē conuersæ ut quasi laruę siue lemures nos perterrefaciunt, has autem Aristoteles in libro de mirabilibus mundi habitare dicit in orbe tristi (In fornacibus inquit flagrantibus, quædam propria animalia pinnulis apta uolitare, totūq; euum suum in igne diuersari, cum eo exoriri, cum eo extingui) hæc refert Apuleius Aristote. dixisse, quod si Aristotelem velimus reducere ne sibi ipsi contrarius sit, dicemus ignem talem animarum esse affectum uitiorū, quos post mortem retinent a quibusque expoliari nō possunt cū in contrarium exerceri non ualeant, ut nos longo sermone diximus in libro de intellectu. Quomodo quidem igitur ſm primam opinionem dæmones sint apud peripateticos, per hæc patet. Rursum quomodo aliquam ueritatem contineat diuulgata græcorum sententia, rursum patet quomodo differunt hæ positiones.

### *In quo declaratur secunda positio Auerrois, & causa illius positionis, & discrimen a prima positione.* *Cap. 6.*

QVæ uero Auerrois sentit in ea epistola quam de resurrectione scribit hæc sunt primum accipit rationalem animam duas habere essentiales partes vnam quæ intellectus impatibilis & indiuisibilis & impermistus existit, alteram quæ sensitiua portio nuncupatur. Cui intellectus vnitur in principio generationis, animam rationalem constituit, quæ forma est hominis prima & propria a qua homo speciem sortitur. in alio atque alio indiuiduo hominis, alia atque alia, licet omnibus intellectus unus numero sit quod quomodo intelligatur in libro nostro de intellectu intelligitur, accipit secundo partem sensitiuam conuerti ad intellectum interdum, & interdum econuerso intellectum conuerti ad partem sensitiuam, fit autem hæc conuersio, non quidem essentia, semper enim pars sensitiua dum uiuit homo secundum essentiam conuersa est intellectui, sed fit secundum affectum, est enim sensitiua pars, (& si natura rudis:) potētia tamen rationalis, ut Aristote. tradit in fine primi ethicorum, reducitur autem potentia illa ad actum rationis per habitus virtutis, per quos refugit materiam & priuationem, quam Plato turpe nuncupat: & Pythagoras, malū cum enim sensitiua pars heroycam adepta est uirtutem (quæ nihil aliud est pro nunc q; plenaria habitualis obedientia sensitiui appetitus ad rationem) tunc ad rationem & intellectum conuersa est, & hoc pacto effecta est anima rationalis intellis, qui vulgari nomine angelus nūcupatur, & hæc est aīæ rationalis beatitudo & hæc ſm fatuos īmortalitas, quā diogenes hyrus, Soc. Plato, Seneca, & alii stoici suis laboribus credunt adipisci, quod si econuerso intellectus ad sensitiuam partem conuertitur, hæc conuersio trāslatio animæ est in dæmonicam naturā, fit aūt hæc cōuersio modo opposito, cum enim rationalis pars assuescit sensitiuo appetitui, acquirit brutalitatem, quæ uitium est oppositū (ut ita loquar) heroicę virtuti, & huius acquisitio rationalis partis conuersio seu casus nuncupatur, & tunc rationalis anima dæmō effecta est, eo quia ad turpe, & priuationem conuersa est: erunt ergo dæmones

apud

apud eum species brutalitatis, quas anima rationalis acquirit ex casu ad appetitum sensitiuum, quod si ad iram assuescit, in dæmonē irę vertetur, quod si ad gulam, in dæmonem gulę, & eodem modo in aliis dicendum, ecce igitur differentia huius ad illam positionem, prima quidem animā fieri laruas & dæmones dicit, easque similiter prauas effici, secunda dicit species brutalitatis dæmones fieri, prima rursum in corporib⁹ animas fieri dęmones inquit, post translatione a corporibus eas exerceri officio dæmonum, secunda vero, & in corpore effici, & in eo exerceri officia dæmonum dicit, quoniam extra corpus nihil ponunt, nisi intellectum impatibilem substātia sua bonū & perfectum, hæc sunt quæ peripatetici sentire uidentur: Ex his apparet quid mistici veteres intellexerunt per dæmones, & cur tot eis attribuunt, huius enim magni inuenti est bonum, hoc autem bonum est rudium regimen, atque felicitatis adeptio & bonorum nō destructio, si enim praui natura aliquam suspitionem non haberent ex dæmonibus, vtique bonos riderent, & sic totus mundus cōfunderetur, tale ergo inuentum aliquam habet veritatem & rationem, nullum enim probabile omnino & ex toto falsum est, ut tradunt sapientes sunt autem argumenta harum positionum ea quæ diximus capite. 3.

## *In quo per argumenta Procli destruūtur positiones peripateticorum.* Cap. 7.

PRoclus vir magne auctoritatis in Platonis alcibiadis commento has hereses refellit, quæ etiam ante eū fuerunt quandoque creditæ, & primo quidem primā, quoniam vna natura diuersa genere ab altera non potest conuerti per habitudinem aliquam in illam, modo rationalis anima est natura diuersa valde a dæmonica ergo nō potest conuerti in illam. Amplius auctoritate Socratis in republica dæmon semper eodem pacto vniuersa custodit, atque immutabilis existit, nec vno tempore vitam vnam, alio aliam vitam eligit, rationalis autem anima est valde in motu atque uariabilis. ergo rationalis anima nō potest effici dęmon, & per hęc fere argumenta refellit secūdam positionem, & auctoritate Socratis in republica, & argumento tali: quoniā .s. acciderat sæpe sępius in vna & eadem anima rationali fieri dæmonem nunc, cras vero aboleri, quoniam mutari potest anima a vicio in uirtutem & econuerso, & sic sæpius atque sæpius, nūc dæmō, nunc angelus, in eodem subiecto fierēt, propter quod Socrates in Phedone inquit eundem esse dæmonem ex ipsa genitura usque ad indicis vitæ præsentiam nos gubernās, ad hæc difficile autem est maxime primam positionē saluare, cur animæ illæ permaneant post mortem, erūt enim sine operatione, & sic ociosæ, & erunt absque proprio pfectibili, ac proprio instrumento, & per consequens superflue, & principiis peripateticorum dissonum.

## *In quo peripateticorum positio defenditur per auctoritatem Pythagoræ.* Cap. 8.

HÆC argumenta proculdubio paruam ac debilē calumniam pariunt contra peripateticos, vnde Pythagoras Chrotoniates, uir magnæ auctoritatis, qui finxit ad populorum regimen, ait enim animam rationalem hoc corpus exire illud intrare, & sic quæ rationalis olim erat, postea irrationalis & brutalis efficitur, & quæ hominis, postea porci, quod Origenes intelligit ad verbū & (ut mihi uidetur) male, Simplicius enim in peripatetica familia peritus in commentariis, quos scribit de anima Pythagoram mistice hæc tradidisse, fert animam quidem rationalem conuerti ad brutalem, & eam exire atque aliud intrare secundum effectum dicit, quæ enim brutalitatem porci consecuta est, eam ipso hinc exire a corpore hominis, & in porcum intrare dicit, pro quanto amplius rationem obmisit & brutalitatem porcinam consecuta est quod si hæc Pythagoras sentit (ut pbabile est apud plures græcorum) nō sunt accusandi peripatetici, ut Proclus inquit, primum ergo argumentum deletur, quoniam conuersio illa non est secundum substantiam, sed secundum affectum, & habitudinem. Sed quid de auctoritate Socratis vt (mihi videtur) non potest glossari, sentit enim oppositum sine dubio, licet interdum nos eum reduximus ad peripateticorum positionē, per auctoritatem Alexandri Rhodii, sed nunc eum sentire diuersum sentimus, & per consequens in schola peripateticorum nō est audiendus.

Amplius quid erroris est, in vno & eodem subiecto varias fieri formas, secundum affectum non secundnm substantiam, potest enim in vnamet anima rationali, nūc dæmonem fieri, nunc intellectum seu angelum, nō quidem secundum substantiam, sed secundum affectum, vt satis expressimus, & sic remotum est argumentum Procli, vltimum autem satis difficile est saluare, & forte propter illud labitur Auerrois ad errorem. Mirabile enim est ponere substantiam aliquam ociosam perpetuam & violentam (vt ita dicam) secundum peripateticos, nisi forte illud sit secundum indiuiduum, nihil enim forte prohibet aliquod ociosum esse secundum indiuiduum apud peripateticos, sed totam speciem frustrari vetant, satis ergo erit ut in tota specie animarum aliqua sit, quæ cōsecuta sit finem suum. v3. felicitatem, quam post mortem retinet in stella compari, vt diximus in libro de intellectu, hæc quidem in trāsitu sint dicta, quoniam latius loco suo sunt pertractata. Quomodo quidem argumenta Procli nihil concludant, per hæc perspicuum. Ex his ergo secundum peripateticos erit palam, an sint dæmones, quidem sint, quales etiā sint, & propter quid sint, vt in principio quærebatur.

## *In quo narrantur auctoritates pro opinione peripateticorum.* Cap. 9.

SVnt autē primæ opinionis auctores. Empedocles, Pythagoras chrotoniates, & in multis locis Plato. Emped. nāque lōgæuos dæmones fieri has aīas putat a corporeo aīas munere liberatas, laudabiliū, quoque viro rū Ethereos dæmonas, improborū vero nocentes. Pythagoras etiam in suis aureis versibus idem sentit dicens. Corpore deposito cum liber ad Ethera perges, Euadēs hominem factus deus Etheris almi. plerique præterea ex Platonis magisterio idem sentiūt, adiicientes easdem animas anno demum millesimo terrenū corpus resumere, licet Plato in policia tyranni animam facit excruciari post mortē ab vltoribus Ex quo apparet aliam esse animam, aliū dęmonem, siquidem quod cruciatur, & item quod cruciat, diuersa eē necesse est, quodque opifex deus ante dęmones instituit, sed in quo differunt a peripateticis alias diximus, in libro nostro de intellectu, nunc autem qui sint primā opinionē sentientes, satis sit dictū.

Augustini Niphi de dæmonibus
Liber primus finit.

# AVGVSTINI NIPHI DE DEMONIBVS LIBER SECVNDVS.

*In quo narratur argumentum Platonicorum probans dæmones esse.* Capitulum primum.



VOD quidem dæmonum natura sit alia quidem atque alia a causarum naturis & corporibus cœlestibus, quasi interstitio diuinorum corporum et terrenorum testis est tota græcia, omne latium, omnisque barbaria, gratulationesque populorum libris editis ad memoriam perpetuitatis, & hoc tota fere schola Platonicorum conatur approbare, & arguere, & argumentum sic ordiri potest, si extrema sunt in rerũ natura opus est medius illorum esse vt Aristo. ostendit in libro de cœlo, ubi probat numerum elementorum esse quaternariũ, sed extrema sunt. vʒ corpꝰ diuinum & impatibile, vt cœlestia corpora, & corpus caducum patibile, ut animalium & hominum & plantarum ergo & medium horum erit secundum quicquam patibile, secundum alterum vero æternum, & impatibile. syllogismus est hypotheticus continuus a positione antecedentis ad positionem consequentis, & eo vtitur Aristo. in libro de cœlo ad probandum numerum elementorũ, tale medium tenere naturam dæmonum declarat magnus Calcidius in commento Timęi Platonis, habet enim horum natura cum diuinitate cõsortium propter immortalitatem, habet etiam cum occiduis cognationem, quia patibilis est, nec immunis a passionibus, cuius affectus nobis quoque esulit, syllogismum praeterea talem dedit Lucius Apuleius madaurensis, in libro de deo Socratis, idem Proclus in Alcibiade longis verbis astruxit, Iamblicus quoque in eo libro quem edidit de misteriis ęgyptiorum, Chaldeorum. Assiriorum, idem mortiuum induxit Porphyrius in libro de occasionibus. Psellus etiam in libro de dæmonibus idem argumentum lusceperunt tanquam demonstrationem: hi autẽ & alii vtentes argumento tali acceperunt a Platone horum principe in multis locis, præcipue in Symposio, ubi ad uerbum argumentum id tradit, quo ergo platonici dæmonum naturam ponant, patet.

*Iu quo narratur persuasio Lucii Apulei.* Cap. 2.



VCIVS Apuleius in familia Platonica magnus, in libro de deo Socratis conatur horum naturam testari esse alteram, atque reperiri bona ꝑ suasione, quæ (vt mihi videtur) potest hac forma colorari: quodlibet elementum licet esse plenum aliquo genere animalium, vt aqua quidem piscibus, terra animalibus terrenis. Ether stellis, quæ sunt animalia diuina æterna simpliciter atque impatibilia ergo elementum medium debet plenum esse aliquo genere talium, nullum potest esse tale, nisi genus dæmonum, ergo erunt dæmones, & in aere ꝓpositi, secundum modum declarandum, quod forte Orpheus inquit his verbis. mundus hic inferior est plenus diis, vt Aristo. refert in libro de mundo.

*In quo soluitur & impugnatur hæc persuasio.* Capitulum tertium.

DVpliciter quidem reprehenditur hæc persuasio Primo quidem, quoniam Ether non est locus stellarũ, declaratum est enim cœlum vbi sitæ sunt stellæ esse alterius naturæ a quatuor elementis, immo esse naturæ tertiæ, & per consequens non est naturæ igneæ, vt sentit sucius. Secundo vero quoniam aues aeri tribuuntur ab omnibus, cuius persuasio est, quoniam elemento caduco, atque acciduo, debentur animalia caduca, atque occidua: talia autem animalia sunt potius aues, q̃ dæmones. erit ergo aer plenus auibus, propter quæ deliramentum videtur persuasio Lucii Apulei.

*In quo defenditur persuasio hęc secundũ posse.* Capitulnm quartum.

ET prima quidem calumnia refellitur quoniam Platonis est sententia corpora cœlestia eẽ naturæ igneę, & sic esse quatuor elementa tantum. & non quintũ corpus ut schola sentit peripateticorum. vʒ terram, aquã: aerem, & ætherem, nec aliud vltra hæc datur Sed an elementum quintum detur, non ex postulat persuasio Lucii, nec forte argumenta Aris. in meteoris, & in lib de cœlo, multum valent aduersus Platonem, ut quandoque dicemus. Lucius ergo Apuleius persuadet ex hypothesi. vʒ. stante põne Platonis, & propterea hæc persuasio est tãtum: secundam autem confutat Lucius ipsemet in suo lib. tribus forte suspitionibus. Primo quoniam nulla auis vltra mediam regionem ac olympi verticem sublimatur. ergo erit plusquam dimidium vacuum. Secundo quoniam volatile genus sempervictus suos in terra sumit, ibidemque pabulum & cubile. Tertio cum fessę sunt aues terram petunt, ergo eis locus est conueniens. ergo non aer. erit ergo aer vel vacuus vel aliquo genere animalium plenus, & si detur licentia fingendi nullum nisi dæmonicum erit.

*In quo inducitur tertia persuasio Platonicorum fere omnium.* Cap. 5.

SVpponunt fere omnes Platonici vt Porphyrius in libro de responsorum philosophia cõscripto, & Calcidius in commento Timæi, & alii fere omnes Platonici qui in hac re loquuntur, diis non esse sacrificium, vel elemosynam, uel terrenum aliquod offerendum. Secũdo accipiunt esse necessarium sacrificium aliquod terrenumque offerendum esse alicui mediante quo deus nos regat & custodiat. Ex his dant dæmones esse, quibus elemosinæ, sacrificia terrena munera sunt offerenda, & orationes vt ipsi deo proximi, deum orent atque trahant ad nostri nostrorumque curam persuadet autem Porphyrius primã hypothesim, primo, quoniam nihil materiale inueniri potest quod immateriali deo non sit obscænum. Amplius bonorum nostrorum deus non eget. ergo superfluit hæc deo offerre. utitur postea Theophrasti auctoritate, cui placuisse ostendit, non diis, sed dæmonibus dũtaxat esse sacrificandum, & in tantum in hoc errore creuit Porphyrius ꝙ neque defunctis voluit elemosynam esse exhibendam, non enim inquit aliorum iniuria deus placatur. Quę q̃dẽ igitur mouerunt Platonicos hæc sunt.

*In quo soluuntur persuasiones hę secundum fundamenta peripateticorum.* Cap. 6.

QVid autem sit de opinione in se dicemus, nunc vero quanto valeant hæ rationes dicamus, et primo Auerrois in libro de cœlo primo apud commentum vigesimũsecundũ, et alibi frequenter, dedit rñsum ap

primum,

primum, sunt enim duæ naturæ extremæ v3. simpliciter æternum impatibile atq; incorruptibile, vt totũ genus separatorũ, & est alterũ extremũ v3. caducorũ oĩum corporalium, vt animalium, plantarum, elementorũ, & reliquorum, quæ sub luna habitant, horum medium dedit corp⁹ cœleste, natura quidem æternum, potentia autem uariabile, & mobile secũdum motum cum caducis coit, secundũ motorem vero cum abstractis, nec datur aliud quoddam medium vt Platonici fingunt, immo ut Aristo. tradit in octauo physicæ auscultationis, cœlum est quasi ligamentum æternorum & temporum. Decipitur præterea Luci⁹ pace sua in sua persuasione, credit enim elementum debere esse plenum animalibus omnino & necessario, ac si animalia sint propter elementa, ut ea v3. implerent atque decorarent, & est totum oppositum, sunt enim animalia fines elementorum; & nos quodammodo finis omnium ut tradit Aristo. in physica auscultatione, propter quod dicendum elementum aeris esse uacuum ab animalium genere, nec propter hæc ociosum est, subseruit enim reliquis elementis & mistioni animalium, & pro parte auibus saltem, & licet terra & aqua sint decorata animalibus, hoc non est ex merito elementorum, sed necessitate animaliũ, vt declarat Aristo. in lib. de causa motuum animalium, & quanto deterius decipitur Porphyrius in sua ultima psuasione, & contradicit philosophiæ & theologiæ: & omnibus uere sentientibus: docuit enim Arist. cultum eẽ exhibendum diis in suo lib. Polyticorum: docuit etiam dona & templa magna deo edenda esse: & hæc ptinere ad magnanimum in quarto libro ethicorum: quãtum quoque contradicat theologis Eusebius Pamphylus in eo lib. quẽ scripsit de preparatione euangelica declarauit: rationes autẽ Porphyrii (ut mihi uidet) sunt derisibiles: primo quoniam dona non exhibentur diis: ut eis per necessaria uel utilia, sed dona sunt nobis collata: deo uero vt ei cuius gratia: & propterea deus non eget his: sed nos illis egem⁹: dei tanquam eius cuius gratia hæc & alia fiunt ut Aristo. declarauit, hęc ergo argumenta Platonicorum non dant dæmones esse, nec dialecticę, nec demõstratiuæ, & ideo opus est ut alia uia incedamus, ad horum probationem, ac ad peripateticorum confutationem.

*In quo enumeratur gradus viuorum & eligitur via cõueniens ad propositum.*

Cap. 7.

ENumerandi sunt gradus uiuentium, ut per eos demonstremus dæmones esse, sunt autem opera tria. v3. nutrire, sentire, & intelligere, gradus autẽ q̃nq; v3 intellectiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum, & uegetatiuum, potentiæ autem quatuor, ut diximus in libro nostro de anima, est autem iste ordo, ut Aris. dicit in libro de anima, ubicunque est alter istorum graduum, id uiuere dicimus, & quoniam in plantis est ultimus tãtum, ideo eas parum uiuere dicimus, & de reliquis consequenter dicatur, est autem iste horum ordo, ubi est intellectiu⁹ sunt omnes reliqui & non conuertit exceptis æternis vbi est intellectiuus appetitiuus, & forte apud Platonem sensitiuus & non vegetatiuus. Ex his facile est syllogizare dæmones esse, & hoc quidẽ medio cõmuni & probabili. v3. per opera magorum, nulla est via potior. primo, qa opera illa non possunt reduci nisi in naturam talem qualẽ dicemus esse dæmonicam, secundo quoniã erit vera demõstratio, quia & ideo talia opera sunt cõuenictissima demõstratio ad propositum. Quot quidem sint viuorum gradus, & quæ via sit conueniens ad propositum nostrum, per hæc vtique perspicuum nobis sit.

*In quo narrantur quot sunt opera magorum ad intellectum pertinentia.* Cap. 8.

ENumeranda sunt opera magorum quæ ut fertur fiunt per statuas, circulos, imagines, incantationes: & reliqua. Ex quibus erigetur demonstratio, narratur itaque apud historicos, vt Porphyrius dicit, statuas factas, quævulgari nomine idola dicuntur deificata, dedisse plurima responsa hominibus, in quibus cognitio futurorum nobis præsit, testimonium huius effectus quandoq; extitisse non adduco, est enim valde probabile quasi ab omnibus. Amplius uidemus omnes leges hæc prohibere valde, & perspicuum est prohibitionem debere esse de entibus. Rursum tot ac tantæ historiæ romanorum hæc narrant, ut superfluum sit eas enumerare, ac proculdubio nisi historicus viderer potius q̃ philosophus memorarem plurimas historias vetustorum in huius operis apparẽtia; malo enim mancus videri q̃. philosophi metam trãsgredi. Secundum opus ꝙ magicis artibus perspicuum est, ac recensetur communiter est loquela, tradunt enim magi nõ tantum per statuas uerũ per circulos, quasdam apparere imagines, quæ eis loquuntur, & ad propositum, nec hoc est tantum magorum inuentum sed commune, & ꝑ multas veterum historias comprobatum. Tertium magorũ opus est occultorum manifestatio, tradunt enim per tales imagines in circulis loquentes multos esse reuelatos thesauros & multos pauperes euasisse diuites, & ne longe petam nostra mater (qua ueracior non est inuenta) audiuit vocem senis, qui copiam tantam bonorum pollicebatur, ut quasi locus illius non inueniretur capax, quod cum reuelasset euanuit copia bonorum, & relicta sunt vestigia eorum, & ego & nostri testes sunt qui locum viderunt, et vasa, & res conuersas in externas naturas, nec hoc est fabula, est enim approbatum in aliis per infinitas fere historias. Quartum est documentum nobis collatum ab huiusmodi statuis seu imaginibus, tradunt enim factas esse imagines, & huiusmodi a quibus homines discunt, mores, doctrinas, artes, itinera, interpretationes somniorum, auguriorum, & alia multa documenta, in quibus nullus homo ex puris naturalibus ascẽdere posset, vt Auerroes inquit in libro destructio destructionum & pro parte in libro de somno, legimus enim multos nostros philosophos dæmonem habuisse domesticum, a quo hæc & alia didicerunt, vt forte de Socrate ferunt Platonici, hæc quatuor opera per magicos comprobata ad opus animæ spectant rationalis, vt perspicuum est omnibus, possunt autẽ induci multa alia opera magorum ad intellectiuum graduum pertinentia, quæ breuitatis causa relinquo. Quot quidem opera fiant per magicos perspicuum sit in tantũ.

*In quo narrantur opera alia pertinentia ad partem motiuam, quę fiunt per magos.* Cap. 9.

QVærenda sunt nunc rursum alia opera vitæ quę per magos fiunt, quorum primum est translatio corporis visilis ad inuisile, tradũt enim magi multos homines præsentes nobis, & sensiles subito esse factos inuisiles, vt sunt strigæ; de quibus est fama, retulit nobis hereticæ prauitatis inquisitor patauinæ prouinciæ, se multos & multas harum habuisse, a quibus hęc & multa prophana audiuit, & hoc proculdubio comprobatum est multis vetustis historiis. Secundus est motus imaginis, & statuæ, tradunt enim ipsi magi fecisse imagines, quę non tantum se mouent de loco ad locum, sed nos mouent ita velociter, ut nullus equus posset nos ita ferre, et diuulgatum est uirum quendam extitisse coram duobus iudicibus in ciuitatibus remotissimis in medietate hore, & hoc testatur & theologi & philosophi plurimi, & historici. Tertio promittunt magi se posse facere formas conuenientes egritudinibus quas nullus medicus faceret, cõuenientes ꝑlio, & aliis nobis occurẽtibus, & q̃ legit horũ libros inueniet plurima taliũ, quę nõ sunt enarrãda, neque exarãda ne libros nostros impleamus alienis inuẽtis: & hæc q̃dẽ opa sunt q̃ spectãt ad partẽ motiuã, & per consequens ad appetitiũ et

forte senium ſm Platonem. Quę quidē igitur opera fiant magicis artibus ad partem motiuam pertinentia hęc ſunt.

*In quo erigitur demonſtratio ad propoſitū.* Cap. 10.

QVod ſi actus hi eſſe nō poſſunt a virtutibus cœleſtium corporum, nec a virtutibus rerum generabilium, nec a virtutib⁹ imaginationum magorum, nec ab alio quo uis, & ſint veri non ficti, opus eſt vt ſint formę alterius naturæ a ſubſtātia cœli & rebus materialibus, & imaginatiuæ magorum, & hæ ſunt quæ vulgari nomine dicūtur dæmones, & verbo gręco dimones, hac enim cōſimili via Ariſ. inceſſit ad ꝓbandum quintum corpus eſſe alterius naturæ ab elementis, quoniā operatio eſt alterius naturæ ab operationibus eorum. Si enim operatio dat formas eſſe, & talis operatio talem formā, erit nobis methodus cōueniens hæc ex magicis artibus, & earū operibus, & actibus, concludēs dæmones eſſe, & tales habere naturas diuerſas. ſ. ab animalibus terrenis & cœleſtibus & formis rerum naturalium, ꝙ ſi dices actus hos per magos promiſſos eſſe deliramenta, & fabulas, erit hæc reſponſio calūnia quędā, negare tanta, & tot diuulgata ac probabilia, & hiſtorias has. Ariſ. n. approbat mūdi æternitatem ex memoria inuicem tradita patrum. et ſomnia eſſe vera interdum per communiter dicta, negatis. n. hiſtoriis rueret tota policia, et omne decus ciuile, nec peripateticos credibus eſſe ita fatuos, ut hiſtorias negent, cum Ariſtote. eorum princeps eas maxime ſectetur, qualis ergo methodus eſt ad demonum inuentionem patet. Adhuc perſpicuum, quoniam hæc demonſtratio non eſt ſimpliciter, ſed ex hypotheſi et certa et firma abſolute ipſi mago, cui actus hi ſenſu videntur, nobis autem erit ex ſuppoſitione: ut ſi illi actus ſint, et nō poſſunt aliunde prodiiſſe, nec ab alio agente effici, et ſic vnamet demōſtratio alicui erit certa ac abſoluta, alteri autem ex hypotheſi.

*In quo narratur poſitio hermetis per quam ſaluat effectus magorum.* Cap. 11.

HErmes Mercurius Triſmegiſt⁹ ægyptius, opinatos eſt opera magorum fieri a ſtatuis ſeu imaginibus, ꝭ autem fit pro quāto ſtatuæ illæ ſeu imagines tales a corporibus cœleſtibus ſortiūtur gradum vitalem, duplicem. ſ. rationalem ſeu intellectiuum et motiuum, inquit. n. hermes, quemadmodum deus effector eſt deorum cœleſtium, ita homo fictor eſt deorum qui in templis ſunt, humana proximitate contenti, ſtatuas dico animatas ſenſu et ſpiritu plenas tantaque faciētes et talia ſtatuas futurorū præſcias, eaſdem de ſomniis et multis aliis rebus ꝑſcientes, et imbecillitatem hominum faciētes, eoſque curantes triſtitiam letitiamque dantes pro meritis: hæc hermes, in q̄bus patet primo operationes rationalis partis ꝓuenire ab imaginibus, ſtatuis: idolis, & talibus immediate quidē a principio vitæ, quod ſortiti ſunt virtute animarum cœleſtiū, & ſtellarum, a corporibus cœleſtibus non tanq̄ a cauſis vniuerſalibus, & primis, ab ipſis magis quoque tāquā a diſponentibus, & pręparantibus ſtatuas, & res materiales ad opera hæc, quæ capitibus proximis enumerauimus, & tunc perſpicuum eſt hæc opera nō ducere ad naturam mediam dæmonicam ſed ad principium id vitæ quod cōtinetur in ſtatuis, idolis, figuris, & reliquis per magos adminiſtratis, a quibus quidem igitur proueniant opera magorum patet.

*In quo refellitur poſitio hęc hermetis.* Cap. 12.

REfellitur quidem hæc poſitio multipliciter, primo, quoniam multa opera magorum eorum quæ diximus fiunt ad quæ nulla ſtatua, nulla imago, & nullum ſignum ſenſile occurrit, licet enim forte verbum hermetis poſſet euitare dæmones ab idolis & ſtatuis, in aliis tamen, in quibus hæc non ſunt, euitare non poteſt, multiplex eſt eni pars magicæ, vna quidem de imaginib⁹, alia de figuris & circulis, alia de ꝑcantationibus, & aliis fere infinitis modis, quos magi teſtantur, niſi forte dicatur (vt peripatetici fingūt) ꝙ in omni opere magico cōcurrit materia aliqua, in qua fit operatio, quę materia eſt res ſenſilis: vt vel ſtatua, vel imago, vel figura, vel aliquod talium, et ꝙ talis res ſenſilis ſortitur gradum vitæ a corporibus cœleſtibus pro operationibus talibus, ad quas ꝑparāt magi. ſed hæc euaſio nulla eſt, & peripateticorum quidā valde recētiores obiiciunt primo, ſtatua & talia non poſſunt recipere a corporibus cœleſtibus formā ſubſtātialem, principium vitæ eſt forma ſubſtātialis. ergo ſtatua nō poteſt ſortiri principium vitæ: minor apparet, quoniam uiuere uiuentibus eſt eſſe, maior probatur, quoniam impoſſibile eſt aliquod recipere formam ſubſtantialem, niſi amittat priorem, qualis non perditur in propoſito. Secundo tūc ſtatua iſta haberet ſenſum quod falſum eſt, quia tunc haberet tactum. Tertio tunc ſtatuæ tales eēnt ignobiliſſimæ: quia nō genitę ex ſemine, ſed viliores animalibus ex putri materia ortis, & alia multa adducunt. Adhuc hæc poſitio defendi poteſt ab his, primo, quoniam conceſſo ꝙ principium vitæ in talibus ſit forma ſubſtantialis: nō opꝫ ſemper ad generationem formæ ſubſtātialis corrūpi priorem: ſecūdum hermetis ſententiam: cum talis forma nō fit per extractionem & exitum a materia, ſed per inductionem eius in materia. Amplius, forte diceret hāc ſtatuam habere ſenſum non quidem vniuocum cum ſenſibus animalium generabilium, ſed alterius rationis, uel forte diceret eas non habere ſenſum aliquem ſed de principiis vitæ intellectiuum, & appetitiuum, licet hermes videtur ſentire primā partem in verbis ꝑdictis. Poſtremo diceret hermes ſtatuas tales eſſe nobiliores ſimpliciter animalibus generabilibus, quoniam eorum forma eſt perfectior, & nobilioris operationis ſecundum quid, non ignobilioris, ſed vtcunque ſit aliter oportet refellere talem poſitionem.

*In quo refellitur poſitio prędicta ſecundum rei veritatem.* Cap. 13.

SVbtilius vt mihi videtur ſecundum peripateticorū fundamenta refelli poteſt hæc poſitio hermetis, & primo petām quid ſit tale vitæ principium in ſtatuis & talibus, forte acquiſitū a cœleſtib⁹, uel ſubſtātia uel accidens, accidens dici non poteſt, primo quoniam operationes talium ſunt nobiliores operationibus omnium accidentiū, non enim aliquod accidens poteſt exercere op tale, quale exercent ſtatuę, ut loqui, diſputare, docere, occultorum reuelatio, & alia talia, & ſi accidēs poſſet eē principium talium operationum & ſimilium, tūc poteſt teneri omnem formam cuiuſcunque rei naturalis eſſe accidēs, quoniam nullā uia eſt niſi operatio ad oſtendendum formam compoſiti naturalis eſſe ſubſtātiam & non accidēs: & ego credo ꝙ nullus niſi ſtultus ad hermetis mētem hęc ſomniaret. Si autem dicatur tale principium eſſe ſubſtantiam (vt eſt neceſſarium dici) Tunc petemus cum non poſſit eſſe materia, nec compoſitum, ſed forma, qualis forma: vel æterna uel generabilis, inter æternū & generabile non dederunt philoſophi medium, ſi generabilis, tunc ad hæc ſequuntur fere infinita impoſſibilia, & hoc primo, cum talis forma ſit anima, ex quo eſt principium vitæ, erit hæc anima, vel rationalis, uel ſenſitiua, uel uegetatiua, philoſophi enim non dederunt alias ſpecies animarum, niſi q̄s dederit aliam phantaſtice, & ſi quidem anima talis erit vegetatiua, erit ſtatua in genere plantarum, & ſi ſenſitiua erit in genere brutorum, & ſi rationalis, erit homo, & valde riſibile erit totum hoc dicere. Amplius, ſi hæc forma erit generabilis, erit deducta de potētia materiæ, omnis enim forma generabilis (ut dicunt philoſophi) eſt educta de potentia materiæ. Adhuc ſi generabilis. ergo recepta in materia mediantibus diſpōnibus qualitatiuis, & quātitatiuis.

Rurſum ſi generabilis, erit inducta vel ex ſemine, uel per putrefactionem, iterum ſi generabilis augumentabilis

tabilis & diminuibilis, et tot potest enumerare incommoda quot vis, & si detur q. sit forma æterna, tunc erit dæmon, cum non sit intellectus cœlestis, nec deus, & fingas si potes, hæc igitur sunt quæ mihi videntur diceda ad improbationem positionis Hermetis, quæ alias perscrutati fuimus alibi. Quomodo quidem igitur hermetis positio refellatur perspicuum modo est.

## In quo narratur positio Alex. Aphrodisii. C. 14.

LEgimus his diebus librum Alexã. peripatetici quem de magicis scripsit, vbi reperimus modum satis pro peripateticis conuenientem ad hæc, & reducam eũ ad formam, accipiẽdum ergo primo in tota sphæra actiuorum & passiuorum esse cœlorum virtutem in rebus diffusam, vbi continẽtur omnia opera possibilia fieri a rebus naturalibus, est. n. hæc virtus potẽtia oĩa opera naturalia, vnde quemadmodum in sensitiuo cõtinetur vegetatiuũ, & in intellectiuo sensitiuum, nõ quidem actu, sed potẽtia & virtute, sic in virtute cœlestium his diffusa continentur operationes elemẽtorum viuorum, & omnium, erit ergo virtus illa, sicut ars, & causę secundę, sicut artifices. Secũdo accipit aliquod posse fieri concursu rerum naturalium quod nõ põt fieri ab vna tãtum re naturali, quod etiã accipit in libro suo de aĩa, aliquod. n. põt fieri a duobus elemẽtis, quod forte nõ põt fieri ab vno elemẽto, & aliquod a tribus quod nõ a duobus, & sic cõsequẽter aliquod põt fieri cõcursu oĩum rerum, quod nõ põt fieri cõcursu duarum vel trium rerum. Tertio accipiẽdum multa opera similia vnum fiunt a rebus naturalibus seorsum acceptis, et hoc declaratur per ea quæ dicit Aris. in lib. quẽ scripsit de mirabilibus auditionibus, ubi ostẽdit in quibusdã lapidibus esse uirtutes tales & tãtas, aliqui. n. lapides virtutẽ habent talem, vt qui eos portauerit nõ iniustificabitur a feris, ut lapis ille modain nũcupatus, qui reperitur in tygride, ut Aristo. d. Similiter fert ibidem herbam quę charisia nũcupatur inueniri in mõte hygero, quam si mulier portauerit trahet homines ad earum amorem, ãit ibidem capras in crete (postq̃ sagittãtur) recipere dithamũ, quæ ibi nascitur & cõfestim eiiciũt sagittas, & alia multa fere infinita narrat q̃ superfluit dicere. Ex his apparet in rebus seorsum inueniri uirtutes mirabiles, & si tãtum põt vna res naturalis sola q̃tũ ergo poterit congregatio multarum rerũ naturalium: his igitur tribus suppositionibus acceptis ꝟm Alexã. õiam põt inueniri modus quo saluenẽ opera magorum siue dæmonibus, dicendum itaq; q̃ cũ aliqua res sensilis, uel multæ res sensiles, habẽtes virtutes certas ac determinatas, cõgregẽtur in quadam vna forma atque ptãte, seruatis horis cœlestibus & aspectibus & aliis ex parte cœlestium motuum, & seruatis etiam aliis ex parte locorum condictionum & circũstãtiarum a magicis dictis tũc virtus corporum cœlestium in rebus omnibus dissemina ta actuatur, & quasi reducitur de potẽtia ad actum: & operatur ꝟm meritũ materiæ quam magus præparauit, opera ergo magorum nõ sunt imediate a dęmonibus, sed immediate a uirtute cœlestium corporum, tãquam a cã per se ab ipsis rebus naturalibus ordinatis ad vnũ meritũ: tãq̃ ab organis: ab ipso mago, tanq; a cã remouẽte prohibẽs: huius autem signum dedit Alex. q̃m magi certũ stellarũ sitũ cõsiderant adhibẽtur etiã quædã herbarũ & aliarum corporalium rerum auxilia, quasi ad præparãdã inferiorẽ materiam, pro susceptione virtutis cœlestis, quẽadmodum ergo radius solis latus super semine plãtæ actuaẽ, & facit plãtã, & supra carnẽ vaccæ putrefactam facit vespã, & latus supra alia atque alia materia, aliter atque aliter disposita facit aliam, atq; aliam formam sic virtus cœlestis: cum sit potentia oĩa, lata super alia atque alia materia disposita a magis, facit aliã, atque aliam operationem, & vt Alexã. inquit qui considerasset quãta sit rerum potẽtia & cœlestis vigor, hæc & plura & maiora opera posse p magicas artes fieri nõ ambigeret, sed quoniã occultus est modus, quo virtus illa possit actuari vel (vt recti⁹ loquar) cõtrahi a rebus naturalibus, & occulta potẽtia rerum, & mẽsura cõgregationis earum etiam latet, hinc nos latet opera talia posse fieri per hæc sic ordinata, mihi autẽ inquit, multo latentius erit, q̃uo a virtute separata æterna (qualis est potentia dæmonica) possit effici opus hmõi, & maxime cum sit quasi principium apud sapiẽtes, nullũ nouũ posse effluere ab antiquo æterno & separato. Quo modo quidem igitur saluãtur opera magorũ apud Alex. pspicuũ.

## In quo narratur defensio, & q̃o Alexã. C. 15.

ACcidit autem Alex. q̃o magna, quid sit. v3 virtus hæc cœlestis in sphęra actiuorum & passiuorũ diffu'a quæ est potẽtia oẽs rẽs, uel substãtia, vel accidens, queadmodum aduersus Mercurium instetimus ad quã q̃onẽ non vidimus Alex. respondere potest autẽ forte responsio pro Alexã. colligi cõsequẽter ex dictis ab eo: & dicerem primo talem virtutem nõ esse accidẽs, vt p argumẽta aduersus Mercurium dedimus. erit ergo substantia, & cum diuersas sortiatur operationes vendicabit etiã sibi diuersa nomina & rões. in quibusdam. n. sortieẽ rõnem & nomen naturæ, ut si per ipsa operãtur opera naturalia, in quibusdam rationem & nomen animæ sensitiuæ: vt si per ipsa operabũtur magi opera cõueniẽtia sensitiuæ parti, in quibusdam quoque sortietur nomen & rationẽ intellectus, ut si exercebit opera intellectus, & hãc Alexã. in lib suo de aĩa. d esse intellectum agẽtem, quem Auicẽ. colcodeam nuncupat, & The. mũdi animã in pluribus locis, quã Alex. rhodius in lib. quem fecit Antobolo filio de opinione Platonis de anima, reducit ad intellectum, quem ponit Aris videtur n hæc positio cõsona rationi, quoniã pluralitas est uitanda quãtum est pośe, ad quid n. multiplicare tot dęmones, & tot formas, cum sit possibile per vnã formam numero, hæc & plures perfici.

## In quo narrantur questiones contra Alex. & qualiter non possunt solui. Cap. 16.

EA autem quæ contra Alexã q̃onem faciunt sunt, primũ est q̃uo ab hac forma ĩmutabili possit nouũ imediate effici, vt cõtra alios ducit ipse. Secundo q̃uo hæc virtus cõtinuari põt statuis, imaginibus, formis, & aliis rebus naturalibus, a magis dispositis ad prædicta opera. Tertio q̃uo tot diuersi dæmoniaci possunt p hãc tot diuersa facere. Quarto an tali intellectui accidit nouũ: & q̃uo est variabilis, & an sciat futura, sicut præterita vel præsentia & an de nouo discat, & quis est modus doctrinæ eius, & q̃uo mouet imaginem nostram ad scientiam, quã ex sensibus non discimus, nec ex memoriis recipim⁹. Rursum quomodo mouere potest linguam materialẽ ad actum locutionis & proferre sermonem cõuenientem nobis & aliis. Adhuc quomodo potest occulta reuelare, & secreta manifestare, quomodo denique nobis documẽta præbeat & alia multa de nouo faciat, nisi dicas talẽ formam variari ꝟm accidentia, vt dicit Auicẽ & facere hæc inquãtum est media natura inter nos, et corpora cœlestia: & tunc multo plura acciderent impossibilia, quę tu si vis enumera, quod si tu aut alius vir modum habet saluandi hæc nolo amplius disputare, sed consentire Alexã & aliis peripateticis, qui dęmones negant. Ego autem longo tempore consideraui, & nec possum, nec potui inuenire alios modos conuenientes in defensione peripateticorum, nisi hos duos, quorum primus fuit Mercurii, secundus autẽ est Alexan. vt mihi videtur, nisi forte proteruiendo dices magorum opera esse verba, sed neque facta, neque verificata, ab aliquo viro literato qui rerum principia & naturas considerat, & si hæc dicas, non poteris negare, quæ sacri uiri asserunt de operibus dæmonum. Nos enim supponimus opera magorum esse saltem probabilia, opera vero dæmonum, quæ asserunt sacri viri esse verissima, quare hac hypothesi concessa, demõstratio saltem erit hypothetica.

# AVGVSTINI NIHPI DE DAEMONIBVS.

## Liber Tertius.

*In quo accipitur per communem consensum dæmones esse.* Capitulum primum.



MERCVRIVS (vt mihi videtur) in Pimandro de potestate & sapientia dei libro apertissimis verbis dæmones esse testatur, & hoc non semel aut bis, sed pluries. Amplius vir magne auctoritatis apud vetustos Hesiodus describens finem dæmonem ita tradit, hi quidẽ dæmones sunt Iouis magni, propter voluptatem boni terrestris, custodes mortalium hominũ: & reliqua. Orpheus etiam scripsit eundem & amorem & magnum dæmonem, quod quodam hymno tãgit, merito igitur doctrinæ magnum dæmonem appellat amorẽ, Socrates etiam finxit circa se assiduum dæmonem loqui: vnde in republica dæmonem alterum esse ab anima ostẽdit. Plato etiam in Symposio naturam dæmonis dedit declarauitque dæmones tenere medium inter animas & homines & deos. Adhuc Plotinus in libro de proprio cuiusque dæmones multos tradit, & per rõnes, & per verba, & experientias, in quibus perspicuum est dæmones esse, & quales, & quid & ꝓpter quid sint Xenocrates Platonis discipulus in libro de morte planissima auctoritate testatur dæmones esse qualis, & propter quid, & tu lege eum. Ad hæc faciunt omnes Platonici, vt Iamblicus, Porphyrius Psellus, Calcidius Apuleius, relinquo testimonia vatum, omnes.n. vates dæmones esse testantur. relinquo testimonia theologorum, & ueterum nostrorũ, relinquo indos, chaldeos, ægyptios. Ad hæc præterea facit fama, est.n. ut Calcidius dicit in timæo, quasi per totam græciã hoc diuulgatum, non potest autem confessum ab omnibus, ac diuulgatum, esse in toto falsum. Ad hæc faciunt historiæ, & hæc magi, & pro his magnus peripateticus Theophrastus quem Porphy. sibi testem inducit aperte sentit dæmones esse, & inter Arabes Auic. vir magnus in 10. suæ sapientiæ, uidetur & cum his Auer. quãdoque cõsentire in libro de somno, & in lib. d. d. dispu. 3. licet nõ asserat valde firme, contradicit.n. principiis eius. Algazel Auic. collega manifeste eos cõcedit in sua meta. & in lib. de anima, inter peripateticos etiam Ammonius, Phyloponus, Simplicius, & alii plurimi dæmones esse dant, ꝙ igitur dæmones sint per communem omniũ consensum sumptum sit in tantum.

*In quo enumerantur quæstiones circa dæmones.* Cap. 2.

CVm habitum sit tum testimonio communi, tum per rationes aduersus peripateticos, dæmones eẽ, & hoc sit acceptum tãquam cõis cõsensus omniũ sapientum, reliquum est expetere de his quæ antiquitus sunt dubitata, quorum primum est, an sit corpus, vel in corpore uirtus, & si corpus, quale corpus, & si tale corp⁹: cuius figurę, & quãtitatis, secũdum est, vtrum sint decem vel quatuor, uel quot, et si plures sint, qualis eorum ordo inter se, tertium erit de eorum loco: utrum vnum aut plura, & vbi sint, quartum erit de eorum fine an sint meliores & præstabiliores hominibus: an peiores: & an habeãt aliquam operationem propriam: & quæ sit illa: quõ vero inter se loquantur: & quõ cõgregentur ad vnum & qualiter vnus alteri obediat: relinquo theologis: Amplius an agnoscant futura contingentia: & quõ erit valde perscrutabile: declarabitur præterea: an mali an boni: & quõ possunt induci a magis: & quæ sint cærimoniæ magorũ: hæc & multa alia suo loco dicẽtur: in quibus ea dicã: quæ potest asserere ratio naturalis: saltem hypothetica: quæ.n. theologi dicũt uerissima sunt. Ego.n. tanquã plis h disputo. Ex quibus solutis patebit an sint: quid sint: quales sint: & propter quid sint.

*In quo narratur positio platonicorum circa primã questionem.* Cap. 3.

DIsputauerunt Platonici & venerandi patres nr̃i, vtrum dæmones sint substantię corporeæ cõpositæ ex materia & forma, sunt enim, vt Apuleius inqt. genere animalia, ingenio rationalia, & alia quæ post dicem⁹, in hoc cõueniũt Calcidius, Porphyrius, Proclus, Iamblicus, Plotinus, & vt vno verbo perstringã omnes Platonici eos dicunt animalia corporea, & ingenio rationabilia, acceperunt autem hoc ex communi omnium opinione, quoniam patiũtur, & ab igne corporeo, & animo passiua sunt, quæcũque enim patiuntur ab igne corporeo & animo passiua sunt, corporea sunt, nec in aliqua harum propositionum habent ambiguitatem. Amplius aiunt ꝙ dæmones cum corporibus præsentes apparuerunt, & nihil apparet, nisi ut est. Adhuc Basilius arguit, angeli corpora habent cœlestia ergo & dæmones. Sunt enim naturæ inferioris, ergo inferiora corpora habere debent. Rursum omnis forma, cuius operatio est cum corpore, est in corpore, sed dæmon est forma, cuius operationes plurimæ sunt in corpore, vt venerãdi patres, & omnes magi fingunt ergo dæmones erũt in corpore. Item ea quæ sunt finaliter ad opera rerum habentium corpora, sunt corpora, medium enim in finem est corporalius fine, sed dęmones sunt propter nos. vt dicunt magi & Patres & Platonici ergo dęmones sunt corpora. Ex his & aliis multis collegerunt gręci omnes ut Platonici & theologi dæmones esse corpora, & esse composita ex corpore & anima rõnali alterius rationis ab anima hominis, & excellẽtiori fora.

*In quo colligitur id quod pertingit ratio naturalis.* Cap. 4.

STante hypothesi a principio inductã ꝙ. s. dęmõ nobis pateat ex operatione eius nobis sensili, vt motus localis, loquela, & aliæ operationes partim sine materia partim cum materia, & accepta alia hypothesi ꝓbabili ab omnibus philosophis. v3 ꝙ si aliquod operum est in materia contingit & formã, quæ est principiũ illius operationis esse in materia. Amplius addita tertia. v3. ꝙ in substantiis æternis esse & posse esse non differunt, nec in eis est variatio de materia in materiam, nec transmutatio aliqua corruptiua, vt omnes Peripatetici ac Platonici pariter sentiunt. Adhuc proculdubio consequenter dicemus dæmones habere corpus, & hæc dat ratio naturalis, non quidem absoluta, sed hypothetica, videlicet positis his tribus, ex eo enim quia nobis patent eorum opera, scimus eos habere formam, & quia apparent operationes animales scimus eos habere animas. Amplius ex eo, quia scimus eos habere operationes communicantes cum corporibus, scimus eos habere non tantum animam, sed corpus. Adhuc ex eo, quia sunt æterni habemus eos, non relinquere modo corpora, modo resumere corpora, sed habere corpora perpetua, atque immutabilia, quemadmodum, & eorum substantiæ, hęc (vt mihi videtur) dat methodus naturalis, non quidem absolute, sed ex hypothesi propterea bene dicit Apuleius dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, tempore æterna, non enim sumunt & relinquunt corpora, quod enim corpus sumpserunt semel amplius non relinquunt.

In quo

*In quo inducuntur obiecta aduersus hęc. Cap. 5.*

OBiiciunt autem contra hos peripatetici & theologi nostri latini, primo omne compositum ex materia & forma: vel ex anima & corpore est nouum, vt docuit Auer. in. 12. primæ philosophiæ, commento. 39. Sed dæmones non sunt noui, non ergo ex anima & corpore componuntur. Adhuc vel tale corpus est simplex elementum: vel mistum, vt arguit Aristo. in. 3 libro de anima. Si simplex elementū ergo generabile: omne enim elementum vel habens elementum est generabile: & confirmant quia si aliqua pars elementi habet animam: ergo totum, est enim totum elementū & pars eius vnius rationis & per consequens si aliqua pars est animata, & totum erit animatum & ꝙ non sit mistū relinquūt perspicuum. Rursum formæ æternæ debetur corpus æternum, vt omnes sapientes peripatetici dederunt, sed dæmones sunt formæ æternæ, ergo habent corpus æternum, sed declaratū est in prima philosophia, & in. 8. physicæ auscultationis solum cœlum esse æternum, ergo dæmones haberent cœleste corpus. Item corpora hæc sunt passiua vel impassibilia. Siquidem passiua erunt generabilia & corruptibilia Si autē impassibilia erunt magis æterna cœlis, præterea si sunt animalia rationabilia, ergo sensitiua, hoc est falsum, vt declarat Aristo. in libro de anima primus enim sensuū est tactus, ergo si ibi esset tactus erit mistio & sequuntur infinita inconuenientia, & maxime ꝙ tunc nutrirentur & alia, quæ relinquo, multa alia inducuntur proculdubio quæ possunt per hæc solui.

*In quo defenditur positio prędicta. Cap. 6.*

QVemadmodum diximus ratio naturalis dat dęmones corporeos esse, sed nō apparet ex methodo naturali quale corpus habeant, si enim appa ret nobis eorum operatio esse æterna, sicut operatio cœlestis corporis proculdubio & corpora talium essent æterna, quomodo sunt corpora cœlestia. Ex alia non apparet eorum corpora esse corruptibilia: quoniam scimus eorū animas esse æternas, & vt diximus anima æterna non copulatur nisi corporei æterno videtur igitur mihi sine preiudicio, primo aspectu dæmones habere corpora vt diximus, eo quia operationes eorum sensibus magorū subiacent, quæ expleri non possunt, nisi per corporis adminiculum. Apparet secundo tale eorum corpus non esse naturæ cœlestis, quoniam moueretur motu circulari, & sic essent corpora cœlestia oportet ergo vel fingere aliud corpus, quod nec est terra, nec aqua, nec ignis, nec aer, uel aliquod horum eis attribuere, vel mistum ex eis. Psellus platonicus videns hæc dixit eorum corpora esse mista, verū a dominio esse aerea, quemadmodum enim gressile animal habet corpus terrenū a dominio, & ideo in terra habitat, & corpus aquatilis animalis aqueum habet, & ideo in aqua degit, sic dæmon corpus habet mistum, licet a dominio sit aer, & ideo in aere habitat, & adiicit quēadmodum gressile animal cibis nutritur terrenis, & pisces aquei nutriuntur aqueis cibis: sic dæmones nutriuntur aereis cibis: & multa alia derisibilia narrat, quæ forte esse possunt vera, sed ad ea non producit ratio naturalis, omne enim nutribile est resolubile, & omne resolubile est corruptibile, & cum hæc & alia considerauimus, tandem visum est nobis dicere aliter ꝙ dæmones habent corpora simplicia penitus, omnino carentia mistione, & quia remotum est fingere quintum elementum (debemus enim euitare inopinabile quantum est possibile) dicerem corpus demonicum componi ex elemento aereo & igneo, vbi debes scire ꝙ semper posterius claudit primum & quoniam terra & aqua sunt quasi equalia & postrema, omne animal aqueum est ex quatuor elementis, similiter & omne animal terreum, ex quatuor elemētis: quoniam sunt postrema elementa, & quia aer est prior terra, & aqua & posterior igne puro, ideo corpus animalis aerei componi debet ex duobus tantum scilicet aere a dominio, & igne a subdominio, & hinc patet eos non nutriri, eo quia hæc elementa purissima non ægent exteriori alteratione, quę per ambos fit, melius tamē intelligitur natura talium corporum. Respondendo ad argumenta. Ad primum ergo Platonici fingunt corpora demoniaca sortiri perpetuitatem ex voluptate dei, vt dicit Timęus, sunt enim dii & dæmones naturis eorum solubiles, uoluptate autem dei æterni & insolubiles, & hæc responsio est Calcidii in Timæo, melius autem dicerē corpora diuersari per animas: & quoniam animæ demonum sunt secundum omnem modum æterne, ideo egēt perpetuis corporibus, & quia corpora animalium terrenorum aquaticorum sunt animarum non egentium talibus corporibus, ideo non sunt corpora talium æterna, vel forte sortiti sunt demones perpetuitatem eorum corporum a simplicitate compositionis: sunt enim corpora demonum pura & simplicissima, modo elementa pura corrumpi non possunt, nec alterari vt dicunt peripatetici, & si dicas habent contrarium ab extrinseco, ergo corruptibilia, vt docet Auer. primo de cœlo, dicerem cōsequenter ad dicta, hæc corpora esse corruptibilia ab exttinseco, non tamen aliquando fore corrumpenda, primo propter dei voluptatem, secundo propter mistionis simplicitatem, tertio propter præseruationem corruptionis: eorum ab eorum animabus propterea pati possunt nō tamen corrumpi propter eorum animas, natura talis, ut possunt præseruare eorum corpora, hoc modo hæc quidem peripateticis uidentur esse deliramenta ac lusiones, Platonicis autem sunt principia & cōmunes animi conceptiones, tantam enim uim habet consuetudo, vt interdum uenenum faciat esse cibum, suasus nanqꝫ diu in doctrinis peripateticorum hæc esse risibilia enarrabit, qui autem in doctrina platonicorum nutritus est, hæc recipit manifeste, secundum etiam refellitur est. n. corpus demonicum simplex comparatione ad crassa corpora, est autem aliquo pacto mistum saltem ex duobus disparibus elementis comparatione ad quodlibet illorū seorsum & ad cœlum, ideo non ualet, si una pars elementi puri est animata, ergo totum, quoniam nulla pars elementi puri est simpliciter animata, sed semper in animatione talium est ad minus mistio duorum disparium, dico disparium, quoniam alterum elementorum, vt aer, est ibi secundum plus, ignis vero secundum parum, & hinc sumunt Platonici aliquod corpus mistum posse esse ęternum, non quidem sua natura, sed sortiri æternitatem a forma illius, quod etiam Auicen. pl͞bs dicit. hinc præterea soluitur tertium argumentum, quoniam corpus dæmonicum proculdubio est ęternum, non suapte natura quomodo corpus cœleste, sed sortitur æternitatem ab forma præseruante ipsum a corruptione, solum ergo cœlum est æternum sua natura, ut dicunt pl͞bi, multa tamen alia sunt æterna ab extrinseco, sed obiicies & subtiliter, cur anima rationalis humana non habuit corpus æternum, & huic facilis est solutio, quoniam talis anima cum sit potētia vegetabilis & sensibilis sortita est corpus crassum, & mistū, & caducum, cum autem anima dæmonica sit natura intellectus: participatiōe autem imaginatiua, & quasi participans naturam animæ humanæ potētia, ideo sortita est corpus simplex, vt diximus, & ideo vt Chalcidius, Apuleius, & alii Platonici dixerunt dæmones sunt media animalia inter crassa corpora, & purissima cœlestia, habentia communem cum superis immortalitatē, cum inferis passionem, patiuntur nāqꝫ fere vt nos iuterdum quidem animi placamentum, interdum autem animi incitamentum ut in ira incitentur, & in misericordia flectantur, & donis īmutentur & præcibus leniantur, & in contumeliis exasperentur & honoribus mulceantur, aliisque omnibus ad similem nobis modum varientur: cum enim sensus sequatur mistionem, ut dicunt peripatetici, quibus parum mistionis aderit, eis parum sensus, & quoniam dæmonibus parua adest mistio, ideo paruus sensus, erit autem sensus dæmonicus talis atque tantus, vt satis superqꝫ sit reddere eos animo passibiles, nobiscum communes, & per hęc tollitur ultimum, non enim proprie erit sensus tactus

quoniam tactus sensus est alimẽti, cuiusmodi non est sensus dæmonicus, sed similis tactui inquantum est principium affectus & passionis dæmones ergo in tribus nobiscum sunt iidem, animalitate quidem inquantum ipsi & sumus genere animalia, rationalitate uero inquātum nos & ipsi ingenio sumus rationales, affectus denique, quoniam nos et ipsi animo passiui sumus, in duobus uero differunt corporeitate quidem, quoniam dæmones corpora sunt aerea, tempore vero quoniam tempore æterna, nos autem corpore sumus crassi & misti, tempore etiam solubiles ac finiti, quo quidem tamen pacto differant corporibus cœlestibus satis patet, erunt ergo dæmones (vt vno verbo perstringam) genere animalia ingenio rationabilia, animo passiua, corpe aerea, tpe æterna, h̄ sunt ad q̄ ratio naturalis nõ impedita a superflua cõsuetudine, ab amore opinionum, & ab aliis impedimentis perducit.

*In quo adiiciuntur quædam ad expositionum predictorum.* Cap. 7.

EST autem ad dicta addẽdum primo q̄ dæmon cũ sit animal habebit de potentiis animę gradus quosdam non tamen omnes, habent quidem enim intellectiuum gradum in quo cum diis et hominibus communicant & propter hoc comprehendunt vniuersalia et ĩtelligibilia omnia, tanto quidem perfectius hominibus quanto sunt perfectiores hominibus, tanto vero deterius diis, quanto deteriores sunt illis habent præterea gradum sensitiuum, non quidem crassum quemadmodum nos, sed eo spiritualiorem, quẽadmodum corpus eorum purius est nostro, & quoniam gradus sensitiuus exigit appetitum & motum, ideo appetunt & mouentur, & per cõsequens habent duos alios gradus, & quia non possunt se mouere motibus nouis, nisi præconcipiant situs, & discernant loca particularia & vniuersalia, habebunt de sensibus interioribus imaginatiuã, & hæc satis erit, nec Auicen. negat hanc in corporibus cœlestibus, quanto magis in talibus non est neganda, gradus autem sensitiuus non est in eis per organa diffusus, sicut in animalibus terreis, sed vnica potentia totum, quæ enim sunt dispersa in inferioribus naturis erunt vnita in superioribus, habebunt ergo vnam potentiam quæ simul est tactus visus & alii: nõ quidem crassi, sicut nostri, sed puri propter perfectionem eorum & propterea præsciunt aliquando futura & cognoscunt particularia, & indiuidua temporalia, & ea quę sensibus subiacent, carent autem gradu vegetatiuo, quoniam non egent nutritione cum sint tempore æterni, nec per consequens egent organis nutrimenti vt sunt os & radices, vel alquod his proportionabile & sic de potentiis & gradibus animæ habebunt fere quatuor, intellectiuũ scilicet sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & de sensibus non habent eos distinctos, sed sunt vnius potentiæ fundamenta nec tibi o peripatetice uideatur remotum h̄, quoniam maior pars horum ratione naturali, scio tamen te esse impeditum ex cõsuetudine, quã tenes in fundamentis peripateticorum, sed proculdubio propter consuetudinem non debemus negare ea quæ ꝑducit methodus naturalis.

*In quo inducuntur difficultates contra hæc ad maiorem declarationem.* Cap. 8.

AD dicta occurrunt multæ quæstiones, & prima quidem erit. Si dęmones corporei sunt, quomodo possunt clausis ianuis cameras ingredi, vt ferunt magi. Amplius qualis figuræ erũt, omne enim corpus limitat sibi certam figuram. Adhuc cur sensibus nostris non apparent semper, sed ad tempus, interdum quidem sic interdum autem non Item quomodo se transforment, quomodo adhuc occupent hominem, atque nobis se insinuant, præterea quorum colorum, an alter fœmina alter mas. Iterum an dentur alia genera dæmonum præter aerea.

*In quo soluitur prima quæstio.* Cap. 9.

REferunt magorum quidam dæmones non posse intrare per omnem modum et omnem parietem sed tantum per poros & fixuras & quasdam vacuitates minutas, quæ quoniam non apparent multum nobis uidentur quasi intrare & penetrare, sed hæc an vera sint, non curamus, id vnum non obmitto, videlicet dęmones posse intrare clausis hostiis, et per loca quæuis vbi debes scire quod animal est duplex, quoddam ubi plus est de corpore, & de materia q̄ de spiritu & anima, ut animalia terrena & aquatica & talia, & hæc uocãtur crassa corpora atque materialia. Alia sunt animalia ĩ quibus est multum de spiritu atque parum de materia & de corpore, et quemadmodum prima corpora sunt illa ad quæ spiritus sequuntur, adeo vt quasi secundum exigentiam corporis spiritus operetur, sic econuerso, corpora secunda sequuntur naturam spiritus, & ob hoc habent quandam spiritualitatem, quam posteriores theologi nuncupant dotem subtilitatis, quam etiam præbẽt corporibus beatis, per quam talia corpora sequuntur qualitatem & modum spiritus, & sic quemadmodum spiritus transire potest vndecũq;, & qualitercũq;, sic corpus eius. & hoc pacto se habent corpora angelica & dæmonica, secundũ sententiam omnium Platonicorum, quare igitur possint intrare clausis ianuis, & q̃o perspicuũ ex his est.

*In quo soluitur secunda quęstio.* Cap. 10.

CIrca secundam quæstionem inter platonicos est quædam differentia, quidam enim nullam dant eis figuram, ut Psellus, Porphyrius, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Calcidius, & habent rationẽ, quoniam variis figuris & signis magis apparuerunt, & quæcunque variis figuris apparent videntur non habere determinatam figuram. Alii ut videtur sententia Amelii & Plotini dant eis figuram determinatam, non tamen essentialem atque necessariam, omne enim corpus limitat sibi figuram & maxime animatum corpus, nam vt declarãt philosophi, omne animatum corpus limitat sibi certam figuram, vt declarat Aristo in tertio de cœlo, est autem hęc figura eorum sphærica, non tamen ita perfecta, sicut angelorum corpora sunt, videlicet cœlestia corpora, sed quoniam eorũ figura potest variari, ac multis modis nobis apparere, cum enim corpora dęmonica sint ductu flexuque facilia, ad omnemque constitutionem apta, dicendum corpora eorum variari quemadmodum nubium corpora, nubes enim suscipiunt nunc hominum nunc ursorum, nunc draconum, nunc aliorum figuras, sic & corpora dęmonum, sed differunt, quoniã nubes merito continentis, ac cogitatione uentorum varias suscipiunt figuras, dæmones uero propria electione atque consilio ꝑut ipsi volunt corporum formas in se uariant, & modo in breuiorem molem contrahuntur: modo rursus in longiorem se extendunt. Ex his constat corpora dæmonum certam ac naturalem figuram limitare, non tamen per se & necessario ac essentialiter, quoniam illam uariant ab imperio suæ uoluntatis, & propter hæc patres uenerãdi nostri dixerunt dæmones non habere corpora, quoniam non persistunt sub certa figura, & dixerunt eos sumere corpora ad libitum uoluntatis, ac propositum suę electionis. Platonici autem philosophi secundum partem rationis naturalis coguntur dare eis corpora, ut rationes habitæ dederunt, non tamen essentiales figuras.

*In quo soluitur tertia quęstio.* Cap. 11.

EST autem facillima solutio ad tertiam quæstionem quoniam ut declarant peripatetici elementum purum sentiri non potest, & hoc inquit Aristo. in libro quem de sensu & sensato conscripsit. & Auerro. in commento libri de anima, & quoniam dęmonica corpora sunt ex puritate elementorum maxima, immo ad spiritualitatem conuersa multum hinc oculos & reliquos

nostros sensus subterfugiunt;& sic nec oculis videri, nec tactu tangi, nec aliis sensibus sentiri possunt efficiuntur autem nobis: visilia, auditilia: odoratilia, tactilia, & forte gustatilia a consilio, & a voluntate eorum libera, visilia quidem, quoniam varios colores atq; apparẽtias suscipiunt, cum enim corpus dæmonicum aereum sit diuersos aeris instar colores subit, sed aer quidem ab extrinseco coloratur, & a lumine, vt Aristote. dicit in libro de anima, est enim lumen color aeris, dęmonicum uero corpus ab imperio eius voluntatis, ac intima phantasiæ actione species colorum sumit, inquit enim Aristote. in prædicamentis, animæ affectus corpus mutant, cum enim patitur timorem pallescit corpus eius, cum autem verecundiam rubescit, & sic in aliis affectibus, eadem ratione, quasi in dęmonibus dicendum nam in his corpora sua colorum species sumunt ab imperio voluntatis, ac intrinseco phantasiæ affectu, auditilia vero effici possunt, ac aliis sensibus sensilia eo modo ab intrinseco ac electione, & imperio voluntatis in quantum scilicet ab intrinseco formãt affectus, quos explicant, si volunt insensibiliter & sensibiliter & variis modis vt lubet. hinc perspicuum quomodo se transforment ac in varias figuras se ostendant, perspicuum etiam quales habeant colores, & quibus modis nobis videatur potest rursum perspicuum esse, an eorum alter mas an fœmina sit, non enim sua natura aliquis eorum vel mas vel fœmina est, cum hæc ex crassa materia sortiantur animalia; vt dicit Aristote. in 10. primæ philosophiæ libro, sed nunc quidem dæmon fœmineam præfert formam, nunc vero maris, nunc canis, nunc lupi, nunc corui, nullus tamen sua natura aliquid horum est, hęc quidem sunt quæ de dęmonibus quandoque sunt sensu perspecta proculdubio magis hæc sunt perspicua plusquam per syllogismum, nobis autem valde parum patent, ac tantum hipothetice nota.

### *In quo declaratur penultima quæstio.* Cap. 12.

ERunt ad hæc rursus declarãda quædam quorum primum est, quomodo possunt nos docere, secundo quomodo occupare possunt nos, omittamus plures modos, quibus nos docere possunt sed id Pselli explicare volo quem etiam Porphyrius tradit, vbi debes scire ꝙ in doctrinationibus actu, quam discipulus recipit a doctore phantasia discipuli mouetur a verbis doctoris in quibus uerbis, ut in signo cõtinentur conceptus, ut dicit Aristo qui moueant phantasiam nostram & spiritum phantasticum subseruientem intentioni, sunt autem necessaria uerba, quoniam eorum principia scilicet anima discipuli, & anima doctoris occupata sunt corporibus, quod si aliquis doctor non occuparetur corpore posset conceptus tradere phantasiæ discipuli absque sonis & uocibus & sic facit dæmon, cum ipse enim sit potius spiritus quã corpus: potest mouere phantasiam ad similes conceptus ad quos doctor mouisset mediantibus uocibus & sonis quod ergo potest doctor mediantibus uocibus potest dæmon sine uocibus, & huius differentia est ratione corporum, eo quia doctor corpore occupatur, dæmon uero non immo corpore adiuuatur, hinc uerificantur quædam magorum exposita ꝙ quidam didicerunt multas artes, quas nec a præceptore, nec ab aliquo didicerunt, quidam somniarunt thesauros, quidam uiderunt in somniis ciuitates & loca quæ nec in uigilia extimarunt, nec uiderunt, quidam futura prætulerunt, et alia multa quæ quidem esse non possunt, nisi per hunc modum, secundum declaratur facile, quoniam uel dęmones mouent phantasiam nostram, quemadmodum doctor uocibus & sonis & commentationibus mouet discipuli mentem, & sic docent nos: & nos sic docti multa mirabilia facimus in scientiis & artibus, & hæc non uocatur occupatio hominis, immo hominis salus & perfectio, alio modo possunt uti organis phãtasię, nr̃æ eo mõ quo nauta utitur naui non mouendo phantasiam, sed mouendo organa subdita phantasiæ, & hoc modo mulieres occupantur dæmonibus, & sic uise sunt uariis linguis mulieres loqui, ac uariis scientiis uti, & pueri miras artes discere uel enarrare, & bruta loqui, pueri in fasciis reuelare futura, non enim ipsa hæc agunt principaliter sed dæmõ mouens & utens organis phantasiæ horum, eo modo quo ars utitur instrumentis eius, & hæc proculdubio uocatur occupatio dæmonica, & per hanc dicuntur mulieres dæmoniacæ, ut communiter uidentur, quicquid dicat Aristote. 30 particula problematum, cum inquit hęc esse ex humoris melancholici abundantia, quæ actu dominatur in talibus, hæc enim non satis est nec sufficit ad tanta mirabilia quot enarrantur continue. licet ego nondum uiderim; per hunc etiam modum augures dicunt aues & animalia, & alia talia portare nobis auguria, & hanc sententiam non tãtum tradunt Theologi sed Astrologi, & omnes Platonici, & adeo hæc diuulgata sunt ut ꝓculdubio tanꝗ prima principia habeãtur. Quomodo quidem igitur dæmones nos doceant ac nobis insinuent, et quomodo nos occupant, per hæc perspicuum est.

### *In quo soluitur vltima quęstio.* Cap. 13.

PLatonici dicunt quædam quæ mihi nõ sonant, aiũt enim multas esse dæmonum species, ut ignei, aerei terreni, aquatiles, subterranei, & lucifugi, & ponũt eorum operationes, & officia, & locos, sed proculdubio semper euitanda est superfluitas. Si enim potest mundus gubernari paucis aut minimis, cur tot & tantis gubernari ipsum deceat. Amplius decoratur terra aĩalibus crassis, aqua piscibus et similibus, non ergo sunt necessarii ad elementorum pulchritudinem, nec ad mundi operationes perficiendas, nec ad alia officia perficienda, quo fit, ut cœlestes dii & aerei dæmones satis sint ac sufficientes, nec dictat eos esse ratio naturalis, nisi quis ponat eos phantasticæ, & per puras credulitates. Ex his perspicua sunt quæ in principio petebamus, hæc sunt quæ Platonicorum sententia dat.

### *In quo soluitur quęstio secunda principalis de numero dæmonum.* Cap. 14.

MVltos porro esse dæmones etiam Hesiodo placet, ait enim ter esse eorum decem milia, eosque tam in obsequio dei quam in tutela mortalium non certam summam conficiens numeri eorum, sed iuxta uim pleni numeri trium multiplicare decem, milia, hũc igitur numerum tradit Hesiodus, nec illius rationem assignat, nisi forte ipse ex reuelatione hæc didicerit. Aristot. nanque numerũ intelligentiarũ uenatus fuit in duodecimo primæ philosophiæ, ex numero motuum, & operationum sensilium earum, sed quoniam nobis non patent omnes operationes dæmonum, fit ut nec numerus dæmonum haberi possit, nisi a reuelatione facta ab eis, ergo ad dæmones esse ducit ratio naturalis, similiter ad multos dæmones, esse, sed ad certum numerum non ducit, nec adhuc uidemus alium modum sciendi numerum formarum, nisi ex numero operationum sensilium, sed qualis: eorum ordo proculdubio facile habetur ex eorum differentia, quoniam uel differunt numero tantum, ut Socrates & Plato, uel specie, ut Socrates et falco, canis, uel aliud tale, siquidem differunt specie erit inter eos ordo essentialis, quemadmodum in cœlestibus angelis, & forte ꝙ hæc pars est uera, in ęternis enim omnis differẽtia est specifica & essentialis si autem differunt solo numero erit ibi ordo per accidens, qualis ex inter regem & populum, & hunc tradunt Platonici, ponunt enim unum dęmoniarcham, quem aliorum principem tradit Mercurius, qui aliis præcipit & imperat, sed hęc an uera sint ꝑquire, sunt enim potius coniecturis accepta, quam per rationem naturalem.

## *In quo soluitur tertia quęstio principalis de eorum locis. Cap. 15.*

Diuulgata sententia Xenocratis in eo libro quem de morte scripsit esse dæmonum habitationes eē diuersas, prout diuersæ sunt eorum naturæ illi n. quorum natura ignea est habitant in regione ignis atque ibi pabulantur & cōseruantur, qui vero sunt natura aerei vagantur in aere, et qui aquatici degunt in aquis, ibi commouent fluctus tempestates, & alia quæ apparent fieri p aquas, qui vero sunt natura terrei in terra habitant, & hi sunt custodes thesaurorum bonorum terrenorum & talium, & hos fatas nuncupant mulieres nostræ, & plurimum apparent in formis serpētum, & multa alia narrantur de his: hi vero quorum natura est effuga habitant in locis subterraneis, & effugiunt facies hominū, & sunt horribiles, & hi sunt, vt Xenocrates ait, qui animas maleficorum cruciant ac tormentantur, sic igitur eorum habitatio perspicua. Ego autem sectando methodum naturalem, quam supra tradidi, assero dęmones proprie habitare in aere, per alia tamen elementa euagari, per sæpe sæpius ad obsequia nostra et commoda, mouentur enim per regionem aeris, quemadmodum animalia terrea per regionem terræ, verum solent etiā vagari per alia elementa, vtrum autem sit, vt dico, vel aliter nescio, illud tamen asserēdum quod ratio prebet naturalis, cōstat autem nullum horum dari per methodū naturalem, sed consequenter ad dicta loquendo disserendum, est vt dixi.

## *In quo soluitur quarta quęstio principalis de horum fine. Cap. 16.*

Semper quidem ambiguum fuit propter quid dæmones sint, & in hoc diuersæ opiniones inuentæ sunt, quidam enim dixerunt eos esse, vt animas Tyrannorum ac maleficorum excruciarent, habent autem signum, quoniam intentio eorum solum est cogere ac compellere homines ad perditionem, & per consequens tantum animarum maleficorum excruciatio erit finis eorum, sed pace horum hæc positio, nec est theologica, nec naturalis, theologica quidem non, quoniam prius fuerūt dæmones quam hominum lapsus. Similiter apud catholicos prius fuit dæmonum casus ꝙ hominum lapsus, ergo dæmones non sunt propter hominum excruciatum an vero hominum animas excruciant, forte erit, ita, sed nos disputamus secundum naturales. Amplius nobilioris essentiæ erit nobilior finis, sed dæmon est nobilioris essentiæ, ergo & finis eius erit præstabilior fine hominis, licet possint induci plures hæreses in tali quæsito, dicam illud quod præbet ratio naturalis. Ad cuius euidentiam debes primo scire ꝙ operatio cuiuslibet substantiæ eternæ est duplex, quædam prima & finaliter propter se alia est secunda & finaliter propter nos, & hoc dixerunt peripatetici, non tantum in dæmonibus, sed in corporibus cœlestibus, vt Aristote. inquit in libro de cœlo & in. 12. primæ philosophiæ, vnde Auerro. secundo cœli commentis. 17. & 21. & 12. primæ philosophiæ: commento. 36. & alibi scripsit corpora cœlestia primaria intentione moueri propter se: secundaria vero propter nos, sumus enim & nos omnium quodammodo fines, vt primo politicæ tradit Aristote. & in secundo physicæ auscultationis. Amplius secundo debes scire ꝙ dæmon habet duplicem operationem, alteram quidem sensibilem, nō quidem omnibus, sed magicis, & illa est multiplex, vna quidem enim spectat ad gradum rationalis potentiæ, quædam autem ad gradum animalis, ut uisæ sunt in præcedentibus libris, sunt autem tales operationes differentes ab operationibus corporum cœlestium, operatio enim corporum cœlestium est continua sempiterna & vniformis, sed operatio dæmonum est uaria ac multiplex, nec cōtinua nec simplr̄ uniformis, cā aūt huius differentiæ est ex principiis motiuis eorum, quæ principia quomodo differunt, iam ex libris habitis perspicuum est. Alteram autem operationem habent occultam & primam quæ quidem sensibus nostris non subiacent, & illa forte est fœlicitas, eis, ut cognitio dei sublimis secundum ultimum gradum suæ facultatis, est enim fœlicitas dæmonū tanto præstabilior fœlicitate hominum, quanto essentia dęmonis est essentia hominum altior, & quanto intellectus eorum est capacior intellectu humano, tanto eorum fœlicitas maior est fœlicitate humana, ratio enim naturalis, quæ sumit ex sensibus memoriis & experientiis, vt Aristo. inquit secundo posteriorum, non dictat aliter, nulla enim substantia perpetua qualis dæmonica perfectior substātia humana potest esse ignobilioris finis, quoniam vt Aristote. tradit in tertio libro de anima, substantia cuius prima operatio est nobilior, prima operatione alterius, est nobilior substantia alterius, & econuerso quo fit ꝙ si substantia dæmonica secundum rationem naturalem sit præstabilior substantia hominum, erit proculdubio & nobilioris operationis. Amplius ratio naturalis non dictat substantiam perpetuam capacem operationis perfectissimæ remanere perpetuo sine illa, aliter, ut peripatetici tradūt, ociose esset. Adhuc si homo est capax beatitudinis, vt sapientes ponunt, & Auerrois in libro de beatitudine probauit, dęmonis substātia in superiori gradu ad hominem erit capacior eadem beatitudine, & cū in perpetuis non differt esse a posse esse, ut ratio naturalis physica testatur, erit consentaneam rationi naturali dæmones fœlices esse secundum eorum potentiam ac facultatem. Rursum si extrema sunt fœlicitabilia, vt deus, & corpora cœlestia & homines: ergo & media: sed dæmones sunt medii inter homines et corpora cœlestia, sunt enim (vt Numenius inquit) dii erratici, ergo sunt fœlicitabiles, & per consequens actu fœlices, nullum enim videmus impedimentum quo eorum fœlicitas tolli potest, ꝙ si dicas eos amisisse fœlicitatem ex casu eorum & lapsu: proculdubio credere debemus hoc, quoniam oppositū non habemus demonstratione, nec auctoritate irrefragabili, & cum hoc, id omnes prophetæ testantur uerum id non dictat ratio naturalis, intelligendo per rationē naturalem, intellectum coniunctum memoriis, sensibus, & experientiis, est autem intentio nostra tantum perscrutari, quid ratio naturalis expostulet, dictat ergo ratio naturalis dæmones habere fœlicitatem præstabiliorem fœlicitate hominum, & per consequens finem eorum esse nobiliorem fine humano, & hæc quidem fœlicitas est operatio prima nobis occulta, quæ quanta sit mensurari nō potest, dictat amplius eos habere secūdam operationem sensibilem animalem scilicet & rationalem, quam ex hypothesi magorum habemus quæ operatio est uilior operatione corporum cœlestium ex toto genere, altior tamen operatione hominis ex parte, et prima quidem operatio est eorum finis primus, secunda uero est eorum finis secundus. Qui quidem igitur sit finis dæmonum, & quanto dæmones sint perfectiores hominibus, ex his perspicuum.

## *In quo soluuntur quæstiones tres de locutione ordine & obedientia. Cap. 17.*

Qvomodo dęmones loquantur nobis & inter se amplius quo ordine habeanur inuicē, & quo pacto sibi obedientes sint, fuerunt ualde ambigua theologis. de locutione igitur dicam quemadmodū psellus inquit in libro de dęmonibus, & Porphyrius etiā ꝙ scilicet dæmon potest loqui dupliciter, uno modo sensiliter, ut per loquelam auditilem magicis, alio modo insensiliter, primo modo loquuntur cum excantantur, eas n. uoces formant, quas imperio uoluntatis formant, ac eo idiomate quo loquitur magus, quemadmodum enim eam figuram, eosque colores sumit: quos uult, sic eam loquelam format quam uult, loquitur enim quandoque per organa fa- per organa proprii corporis, quandoque per organa fascinati vel dæmoniaci, quemadmodum enim nauta vtitur remis, themone, & aliis organis nauis, sic dæmon uti

tur lingua & organis dæmoniaci ad idioma sibi placitũ, nec demon habet linguam propriam, videlicet hebraicã vt quidam fingunt, sed loquuntur Græcæ, aut Latinæ, aut barbare, vt sibi videtur. Si autem loquitur insensiliter uel nobis, vel alteri sui generis proculdubio sibi conceptus erigit per imperium uolũtatis, & per imperium voluntatis illi relinquit eos intelligere quem expetit, sunt.n. in loquela voluntas explicationis intentionis vnius ad alium, est & sonus quo explicatur, & est intentio in quæ audiens contingit præferentem, quando ergo dæmon loquitur insensiliter, loquitur intentionaliter, & quando loquitur intentionaliter duo seruat, voluntatis imperium & intentionem ergo loquitur intentionaliter per imperium voluntatis formando s. conceptus, quos finit recipere alium sui generis, vel suæ speciei, subtilius autem de hoc dixerunt Theologi, & nos non possumus dicere de eorum locutione, nisi sensibili, de insensibili autem dicimus coniecturis quibusdam quas habemus per nos met ipsos, considera ergo te ipsum & intelliges qualiter vnus alteri loquitur. De ordine vero uidetur mihi quemadmodum in corporibus cœlestibus est ordo qui determinatur per eorum operatiões, sic & in dęmonibus, & hoc dictat ratio naturalis, omnis enim multitudo dictat ordinem, & maxime in perpetuis substantiis, ergo ratio naturalis dictabit quendam dæmonem esse altioris gradus, quemadmodum leo est altioris perfectionis formica, & symia altioris operationis q̃ leo, & Pygmeus q̃ symia, & homo ipso pygmeo, sic dictat quendam dęmonem esse proximum homini: & infimum eorum & quendam remotiorem, & sic ordine quodam, sed quis primus, & quis infimus, & quis medius, & quot: & quales: ratio naturalis non præbet, quoniam non sunt operationes eorũ omnes sensiles. De obedientia etiam (quicquid dicat Mercurius qui ponit dæmoniarcham principem cui omnes obediunt) nos hæc uidere non possumus, sed cum videatur perspicue eorũ ordo, dabitur proculdubio quidam proximus infimo angelo cœlesti qui princeps dici potest & cui obediunt forte inquantum prima intentione omnes intendunt perfectionem vniuersi ad exemplar primi & hoc pacto in eis dictat ratio naturalis obedientiam, primus enim eorum qui proximus est infimo angelo cœlesti, & summus reliquorum intendit prima intentione vniuersi conseruationem, consequens est etiam ut omnes reliqui id met intendant, & sic ille erit princeps reliquorum huius autem signum est, quoniam magi cum excantant eos, solent in uirtute principis eorum excãtare. Hæc sunt quæ de locutione, ordine, & obedientia, ratio expostulat naturalis, non quidẽ categorica, sed hypothetica.

## *In quo declaratur, quomodo cognoscant futura.* Cap. 18.

AN dæmones cognoscant futura est ualde ambiguum, & proculdubio a philosophis non multum concessum, quod quidem enim aliqua futura præcognoscant, negare non possumus si fidem dabimus oraculis, quæ narrat Porphyrius. Amplius multas somniorum interpretationes dederunt quas habere nõ possunt nisi aliquo modo futura cognoscant. ex alio uidemus eos tot falsa prædicere, & respondere per ambigua, ergo simpliciter non habent futurorum cognitionẽ & maxime contingentia, sunt enim incognoscibilia ab intellectu: quia vt Aristote tradit in libro de interpretatione, in futuris contingentibus neutra pars est determinate uera, est ergo duplex futurum, unoquidem modo secundum quid, quo modo est id quod mihi est futurum in se tamen est habitum & actu, ut aduentus principis in ciuitatem uel aliud tale, aliud est futurum simpliciter, q̃ scilicet actu non continetur in re & in effectu, sed solum in potentiis causarum, quomodo prælia nõdum entia, et alia talia. Tunc dicerem q̃ omnia futura, primo modo actu cognoscũt, quoniam licet sint nobis futura, eis sunt actu, cum sint illimitati per totũ orbem inferiorem, quẽ curant, si uero loquimur de futuris secundo modo dicerem q̃ ea cognoscunt non quidem simpliciter, sed quomodo cognitionem futurorum tradunt artes prognosticę, dęmon enim cum omnes scientias habeat practicas et speculatiuas prognosticas, & perfectas, tali modo iudicabit qualiter per artes sciri potest, & maxime cum ipse habeat artes perfectas, per prognosticam medicinæ iudicabit futura in ægritudine & sanitate similiter per prognosticam astronomiæ, & per physiognomias, & alias omnes artes uaticinantes, quas enumeraui in libro de præstigiis, ergo possunt scire futura ut in pluribus, quomodo artes prębent prognosticant ergo u t in pluribus: & errant vt in paucioribus, vtrum autem habeant alium modum præcognoscendi futura, theologis relinquo. Quomodo quidem igitur dæmones præcognoscant futura, perspicuum.

## *In quo de malitia eorum pertractatur.* Cap. 19.

DE bonitate & malitia dęmonum fuit apud philosophos magna quæstio, quidam enim philosophorum dixerunt dęmones omnes esse bonos, nullosque esse malos cuius opinionis Numenius videtur esse qui posuit dæmones esse solum deos erraticos, & cum in diis nec malitia, nec peccatum ponitur, erit & in dęmonibus bonitas tantum, nec uitium, neq; malitia. Alii ex toto genere oppositi, dixerunt dęmones omnes esse malos quidem & nullo pacto bonos nisi secundum bonitatem entis cuius positionis Porphyrius in ea epistola quã scribit ad Anebriotem esse videtur aperte. Tertii uero inter hos medii sunt ponentes quosdam eorum bonos quosdam uero malos, boni quidem sunt calodæmones, mali vero cachodæmones, cuius sententiæ Calcidius, Plotinus Lucius Apuleius, Psellus, Iamblicus, Proclus & omnes alii Platonici esse uidentur, immo & ipsemet Porphyrius in libro quem de responsis philosophorum conscripsit idem sentire uisus est, & hæc est omnium theologorum communis positio, & asserta sententia, quam Mercurius trismegistus in libro pymandri scribit. Dicentes quidem igitur eos esse malos, utuntur ratione potissima tali, quoniam exercent operationes prauas: vt adulteria, furta, micidia, & alia talia, & cum h̃ transeunt in usum prauorũ hominum ad imperium quorum subiiciuntur: est enim hæc potissima ratio tametsi sint plures aliæ, quæ ad hanc reducuntur dicentes eos esse bonos simpliciter, utuntur tribus rationibus, prima quidem quoniam causæ, nulla enim causa est per se principium mali, & cum dæmones sint causæ rerum, non ergo principia malorum erunt per se, secunda ex parte affectus, cum enim dæmones sint per se effectus dei, & deus immediate nullum per se malum agat: erit consequens dæmones non esse malos per se & maxime cum esse habeant perfectum in eorum genere, & cum hoc participent esse diuino, ergo non possunt esse simpliciter mali, tertia via est ex parte intellectus, & uoluntatis, intellectus quidem, quoniam cum intellectus sit naturali ordine dispositus nec ab aliquo contrario flexibilis erit consequens, ut nihil intelligat nisi bonum, similiter & cum voluntas sequatur intellectum, sicut umbra corpus, erit consequens ut uoluntas nihil expectat nisi bonũ.

Ex his tribus dederũt tales dæmones esse per se & simpliciter bonos, vt Numenius sentit, & propterea dixit Aristote. in nono metaph. in substantiis separatis non est vitium neque peccatum, adducunt Theologi multa argumenta, quibus probant dæmones uon posse peccare, & quia ad ea respondent omitto. Quæ quidem igitur de malitia dæmonum dicuntur hęc sunt.

## *In quo narratur positio quorundam peripateticorum & fundamenta eorum.* Cap. 20.

THeophrastus quem Porphyrius sibi testem inducit visus est sentire in dæmonibus non esse peccatū neque malitiam aliquo pacto: nisi forte per accidens. huius autem expositio est quoniam quemadmodū corpora cœlestia sunt per se bona & suapte natura præstabilia, attamen per accidens figuræ eorum, ut triplicitas aspectus casus & alia quæ tradunt astronomi sunt mala, sic dæmones sunt sua natura boni, inquantum vero a magicis trahuntur ad vsum malorum & componuntur in quibusdam virtutibus, efficiuntur mali, hoc autem est per accidens, quemadmodum corpora cœlestia. Adhuc quemadmodum virtutes cœlorum sunt bonæ, vt radius motus, & potentiæ occultæ, & tamen efficiuntur malæ ab vtentibus illis, inquantum scilicet contrahunt eas ad operationes prauas, sic potentiæ dæmonum sunt natura & p se bonæ redduntur malæ ab vsu magorum. Amplius herbæ & lapides, & alia talia, sunt natura bona, attamen praui medici utuntur eis praue, & inde efficiuntur mala, non quidem per se, sed ratione vtentium, sic & dæmones sunt per se boni sed ratione utentiū praui efficiuntur per accidens tantum. Et ꝙ non sint mali per se perspicuum est p omnes causas malitiæ, sunt enim causæ malitię atq; peccati sex, vt philosophi enumerant: prima est simpliciter ignorantia, vt Arist. tradit. 2. ethi. secunda est cognitio rei confusa in vniuersali & non distincta & particularis. tertia est quando potentia non fertur circa propriū obiectum, vt tradit philosophus. 2. libro de anima quarta est quo actus intellectus componit uel diuidit, ubi accidit error, quoniam intellectus non cognoscit terminos secundum propriam rationem quinta est pluralitas bonorū, quando enim intellectus fertur in plura bona, si eligit bonum deterius peccat sexta causa est, superabundantia & defectus circa actiones, vt Aristo. inquit, virtus enim cōsistit in medio, hæc enim sunt causę uitii atq; peccati quas in libris ethicorum & philosophiæ naturalis Aristo. inuenimus. Nunc ad propositum in dæmonibus prima non est, quoniam tanta fuit in eis scientia, quāta fuit in eis possibilis, quoniam in natura separata non differt esse a posse esse, per idem nec secunda causa in eis potuit esse quoniā impeditur intellectus a speculatione distincta propter effectum ac passionem, quorum nihil fuit in eis, tertia mini me, quoniam intellectus dæmonis per se latus fuit circa proprium obiectum & omne intelligibile ergo deceptio cadere non potest in eo, & per idem nec quarta accidit, quoniam dęmon si componit vel diuidit, ex quo cognoscit terminus per proprias rationes, non potest falso componere, quinta etiam tollitur per ħ quoniam carent corpore atque appetitu sensitiuo dictante contrarium bonum, & ideo in eorū intellectu non est nisi unū bonū scilicet rationis tantum & intellectus, et econtrario in nobis sunt duo bona scilicet rationis, & bonum sensile propter appetitum sensitiuum, quo sit vt in nobis sit casus, & nō in ipsis, vbi est bonum rationis tantum, nec sexta esse potest, quoniam non possunt assuescere in contrarium, nec exerceri circa medium, quoniam sunt æterni, & æternū determinatur ad vnum modum agēdi. Ex his ergo principiis philosophię naturalis colligunt Theophrastei in dæmonibus non esse peccata uec uitia per se, & quoniam videmus per eos multa praua fieri, vt magici asserunt est cōsentaneum eos esse malos: saltem per accidens, quēadmodū aqua fontis bona est per se, attamen accidit ut ex potu eius sequatur mors hominis, & sic mala per accidens vt medici continue utuntur, Quomodo quidem igitur dæmones boni & quomodo mali ex his perspicuum,

*In quo determinatur veritas christiane fidei* Cap. 21.

VEritas christianæ fidei est dæmones quidem non esse natura malos, & forte cum Theophrasto sentimus, sed malos uoluntate & obstinatione, quēadmodum uenerandi patres nostri tradunt & licet per rationem naturalem hoc est coniunctum sensibus, memoriis, & experientiis haberi hæc non possunt, non tamen sunt cōtra rōnē naturalē sed supra rōnē nālē mot⁹.n.ignis in ꝓpria sphęra circularis et æternus nō est p naturā ignis quoniam tunc ignis esset cœlum, sed nec contra naturam quoniam esset violentum, est ergo non naturalis, sed supra naturam eius, & ideo perpetuus licet ergo secundum rationem naturalem veritas fidei haberi non possit, quoniam destrueretur pręmium, ac meritum, non est contra rationem naturalem, sed supra naturali, propterea, satis est pro ueritate fidei, vt Theologi sustineant possibilia & reuelata ꝙ quidem ħ sint reuelata patres nostri venerandi testantur, ut Ioannes inquit, qui mendax, est, & pater est mendacii, dixit etiam dęmonem ab initio peccasse, similiter & sapiens testatur, ꝙ inuidia dæmōis mors introiuit in orbem terrarum, & sexcenta talia, ꝙ autem eos peccasse sit possibile apud intellectum, & non repugnans, declarari potest ex nobis ipsis, uidemus enim seruum dupliciter posse peccare, uno modo inquantū uoluntas, eius et circa finem eius non ordinatur ad bonum domini, ut si quid ageret quod sibi bonum uidetur contra uoluntatē domini & hic uocatur peccatum subordinationis. Alio modo potest peccare inquantum bonum inferioris appetitus serui non subditur altiori rationi & regulæ sic & homo peccare potest dupliciter, uno modo inquantum uoluntatem eius non ordinat in deum, & ħ modus peccandi communis est sibi et substantiis separatis, secundo modo inquantum bonum inferioris appetitus non subditur bono rationis, & hic modus peccandi fuit proprius ipsi homini tantum, ergo in substantiis separatis fuit possibilitas peccati inquantum non ordinarunt uoluntatem eorum in deum, sed secundo modo, non hæc dicunt patres nostri & per rationem naturalem non habetur oppositum, ideo sunt tenēda omnino, sed quoniam promisi de his dicere tantum ſm philosophiam naturalem excuso me a digressione, amor enim dicendi ueritatem fecit me digredi a proposito. Quæ quidem igitur sit ueritas nostræ fidei perspicuum.

*In quo enarrantur cerimonię magorum, & soluitur quęstio vltima.* Cap. 22.

DE cerimoniis & superstitionibus magorum nunc differendum, sunt autem cerimoniarum quædam necessariæ ex parte dæmonis, quædam ex parte operationis & effectus qui fit, & quędam ex parte magorum excantantium dæmones, ex parte dæmonis quidē sunt supplicatio seu adiuratio, figura, ut circuli quos faciunt ipsi magi characteres seu literæ, sacrificium, prostratio, & aliæ cerimonię quas tradunt magi. Ex parte effectus autem est influentia cœlestis, & uirtus rerum naturalium concurrentium ad opus excantationis, ex parte incantantis denique sunt fides magi ad opus magicum dispositio excepta ex principiis generatiōis tam cœlestibus ꝙ terrestribus, fiunt quidem cerimoniæ ex parte dæmonis, quoniam dæmon est intellectus, uel rationale animal multo excellentius homine, ideo anteꝗ ad opus magici occurrat requirit supplicationem seu adiurationem, & figuram tanꝗ signum intellectualis conceptus, et characteres tanꝗ literas explicantes conceptus magici, & prostrationem, ut signum debitæ reuerentiæ, si enim tantis cerimoniis regi loquimur ipsumque allicimus ad uotū, multo pluribus egebimus ad dæmonem capiendum, requiritur etiam influentia cœlestis ex parte effectus & operationis quoniam cœlum est causa uniuersalis, & ideo requiritur ut influentia eius contrahatur per causas secundas ad certum opus requiritur etiam tertio dispositio excantatoris, quoniam quēadmodum presbyter auctoritate pontificis habet ut sacrificium perficiat, sic homo auctoritate corporum cœlestium, & dispositionum occultarum ha

bet potestatẽ excantandi atq; dæmonem alliciendi. Ex his soluitur quæstio vltima, vtrum dæmones de necessita te veniant in operationem magorum si enim sectemur rationem naturalem (quam Pollicitus sum) oportet dicere omnino eos occurrere operationibus magorũ debitæ administratis, cum enim ipsi saltem secunda intẽtione sint propter nos, & operationes nobis debitas, erit consentaneum eos uenire ad nostra obsequia quemadmodũ corpora cœlestia sicut ergo corpa cœlestia dispõnibus inductis p causas scdas necessario veniũt in actiones earũ, ut ui demus oĩ die, sic dęmões cerimõiis o bus dispositis tã ex pte dæmonis q̃ ex pte excãtatoris q̃ ex parte effectus q fit, omnino occurrerit quoniam finis secundus eorum est iste, quemadmodum finis secũdus corporum cœlestium est horum gubernatio, & quemadmodum deficiente di spositione vna vel minima in materia virtus cœli non oc currit sic deficiente vna cerimonia quantũcũq; minima dæmon non occurrit. Dęmon ergo non cogitur quoniã inuito nõ occurrit magicis operationibus, occurrit enim per rationem naturalem eorum, nec libere & contingen ter occurrunt, quoniam non possunt non occurrere, hinc perspicuum, quomodo dæmones subdũtur corporibus cœlestibus, nõ enim subduntur quo ad eorum intellectũ ac operationem primam, sed bene quo ad operatiõnem ac finem secundum, propterea quidam sunt mercuriales, vt quorum finis secundus perficitur sub uigore Mercurii alii Saturnini propter idem de quo alibi diximus, hæc dictant principia pħiæ naturalis, christiana tamen religio & veritas dat oppositũ, cum enim sunt animalia rationalia libera occurrent contingenter ad omne opus magorũ sed in hoc disputant pħi & theologi multum & in multis aliis Ego autem (vt a principio proposui) de his tantum recollegi quæ dat ratio naturalis per rationem ergo naturalem uidetur mihi primo haberi eos esse, & eos tales esse quales per hos tres libros diximus et eos quid esse, & eos propter quid esse, sed theologi multa adiiciunt quæ super naturali lumine acceperunt, quæ nunc omittamus. Verũ in iis omnibus illud est testandum, quod in omnibus libris testamur, nos esse locutos, vt pħos, qui ex memoriis & sensibus loquuntur, vt theologi autem ea sentimus, quæ romana sentit ecclesia, quæq; in nostris theologicis dilucide explicabimus, non enim quæ theologi de dæmonibus tradunt, sunt contra rationes naturales, sed supra rationes naturales.

FINIS.

Hoc opus Augnstini Niphi Suessani de intellectu cõsummatũ est Patauii. 1492.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M

Omnes sunt terni: præter * duernus. & L M quaterni.




Venetiis apud Hieronymum Scotum
MDLIII.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm